

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Disputatio Philologico-Exegetica Cainum Ad Saniorem
Mentem à Deo Revocatum**

Hoheisel, Carl Ludwig

Gedani, [MDCCXXII?]

VD18 13024302

urn:nbn:de:gbv:45:1-16969

ב' ש' 4


DISPUTATIO PHILOLOGICO-EXEGETICA
**CAINUM AD
SANIOREM MEN-
TEM à DEO REVO-
CATUM,**

Sistens,
Ad illustrandum locum vexatissimum
Gen. IV. 7,

Quam
PRAESIDE
**CAROLO LUDOVICO
HOHEISEL,**
Græc. & O.O. L.L. Prof. Publ.
Ad d. XV. Januarii, Anno MDCCXXII.
IN AUDITORIO ATHENÆI MAXIMO
publice tuebitur,
MUSIS GEDANENSIBUS VALEDICTURUS
CAROLUS ADOLPHUS Sanken/ Ged:
S. S. Theol. Stud.

GEDANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,
SENATUS ET ATHENÆI TYPGRAPHI.





VIRIS
ILLUSTRI, PER-MAGNIFICIS, MAGNIFICIS,
GENEROSIS, MAXIME& STRENUIS

DN. SALOMONI GABRIELI Schumann /
S.R.M. BURGGRÄFIO, COS. CAMERARIO, & SCHOLARCHÆ,

DN. JOHANNI GODOFREDO à Diesseldorf /
Inclutæ Reipublicæ Gedanensis Præ-Consuli, Senatus h. t.
Præfidi, & Penins. Helens. Administratori,

DN. JOHANNI ERNESTO von der Linde /
Ejusd. Reipubl. Præ-Consuli, Vice-Præfidi, ac Nehringæ
Scharpoviæque Administratori,

DN. GABRIELI à Bömeln /
Ejusd. Reipubl. Præ-COS. S.R. Majest. Venat. Præf. & Mon-
tan. Administratori.

DN. JOHANNI HENRICO Schmidt /
Ejusd. Reipubl. COS. ac Camerario.

DN: NATHANAELI Ferber /
COS. ac Camerario,

DN. ABRAHAMO GRODDECKIO,
CONSULI ac SCHOLARCHÆ,
Ut &
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO CONSUL-
TISSIMO QUE

DN. CAROLO Jansen /
Inclyti Dicasterii Civitatis Primariae Assessori.

*Dominis, Mæcenatibus, Patronis, Fautoribus ac Promoto-
ribus, ac huic Patruo, omni pietatis & observantia cultu
ad cineres usque colendis,*

Exercitum hocce Philologicum, cum ardentissimo omnigenæ prosperitatis voto, in de-
vinctissimi animi argumentum, sacrum
esse cupit Cliens devotissimus

CAROLUS ADOLPHUS Jansen, Ged.

Σύνοψις.

- Præfamine præmisso,
 §. I. Cain & Abel sacrificantes sistuntur.
 §. II. Caini sacrificium ob incredulitatem & hypocrisim offerentis rejectum esse, demonstratur.
 §. III. Cainum id ægre feren tem ad saniorem mentem revocat Deus. Ubi in oratione divina.
 §. IV. Particula **הֲלֹא**,
 §. V. **אָמַן**,
 §. VI. Verbum **תִּיטִּיב** expenditur.
 §. VII. Variæ de voce **שָׁתְּתִּיב** sententiae
 §. VIII. **שָׁאַתְּ** elevationem vultus notat.
 §. IX. Quod ulterius deducitur.
 §. X. Verba **תִּיטִּיב** considerantur.
 §. XI. Vocabulo **חַטָּאת** non aberrationem à præfixo primogenituræ scopo,
 §. XII. nec poenam peccati,
 §. XIII. nec sacrificium pro peccato;
 §. XIV. sed peccatum ipsum notari, evincitur,
- §. XV. Quæstio deciditur, an **חַטָּאת** in casu recto, utrum in Genitivo stet?
 §. XVI. Convenientia generis in voce **רַובֵּץ**, & **חַטָּאת** adstruitur.
 §. XVII. Phrasis **אֶל פְּתַחְ** **רַובֵּץ** sub examen vocatur.
 §. XVIII. Suffixa in vocibus **בָּו** & **תְּשֻׁקְתָּו** non ad Abellem, sed ad **חַטָּאת** referuntur.
 §. XIX. **וְאַל יְצַצֵּה** expenditur.
 §. XX. non **תְּשֻׁקָּה** desiderium; sed *cursus* (accursus) redditur. Hæcque significatio
 §. XXI. E radice **שָׁוֹק** & vocabulis cognatis,
 §. XXII. E locis parallelis. Gen. III. 16. & Cant. VII. 11.
 §. XXIII. Et è uersione LXX Interpretum confirmatur.
 §. XXIV. Verba ultima: **וְאַתָּה תְּמַשֵּׁל בָּו** explicantur.
 §. XXV. Objectio removetur, ubi simul locum hunc Semi-Pelagianis non favere, incidenter observamus.

A 2

Q. D.



הקרמן



Ngenii nostri vires in explicando illustri, quod Gen. IV. 7. legitur, Oraculo, periclitantes, Illida post Homerum scribere multis forte videbimus, cum haud pauci summæ eruditio[n]is & suspendæ diligentiae Viri in hoc studio jam dudum desudarint. Nam ut illos, qui in integrum commentati sunt Genesin, silentio præteream, non absque laude nominari hic merentur B. JOH. TARNOVIUS *Exerc. Bibl.* p. 356. LUD. DE DIEU *Animadvers. in V.T. p.m. 13.* BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS *Lucubrat. Franckenthalensibus C. 1.* B. THEODORICUS HACKSPANIUS *Miscell. L. 1. C. IV. p. 53.* B. CHRIST. NOLDIUS *Concord. part. Ebr. Not. n. 315. p. 823.* B. SEB. SCHMIDIUS *Colleg. Bibl. priori LOC. IX. de Libero Arbitrio dict. 1. p. 238.* B. AUG. PFEIFFERUS *Dub. Vex. p. 37.* B. JOH. SAUBERTUS *Opp. Posth p. 13. & ex Anglis JOH. LIGHTFOOT Observ. in Genesin, quæ reperiuntur T. 1. Opp. p. 154. edit. Roterod.* Verum enim vero, licet labores Virorum horum doctissimorum debitum non sint defraudandi laudibus, spicilegium tamen post messem nobis quoque relictum esse firmissime persvasi sumus. Tanta enim hic datur Interpretum discrepantia, ut quo tuto pedem figere possis, vix invenias. Præterea esto, multos in priori versus hujus hemistichio expli-



explicando non inutilem navasse operam, utrum vero Emphas in verborum omnium posteriorum, maxime genuinum vocabuli תְשׁוֹקָתִי sensum assecuti sint, jure ambigere licet. Quæ cum ita sint, aurem nobis vellit cat QUINTILIANUS *Instit. Orat. L.X. C. 2.* scribens: *Pigri est ingenii, contentum esse illis, quæ sunt ab aliis inventa*, addo: in primis, si hæc aliqua indigent emendatione. Nemo igitur nobis vitio vertet, quod operæ premium duxerimus, in genuinum Oraculi hujus sensum paulo curatius inquirere. Tu vero Sancte Pater, ἀγιασον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σα, εἰ λόγῳ σὸς ἀληθείᾳ ἔται. Dis-
tum nostrum in fonte Ebræo ita legitur Gen. IV. 7.

הֲלֹא אָס-תִּיטֵּב שְׁאַת וְאָט לְנָא תִּיטֵּב לְפַתְח חֶטְאָת

רְקֹץ וְאֶלְיָה תְשׁוֹקָתָךְ וְאֶתְּה תִּמְשַׁל־בָּנֶיךְ

An non, si bene feceris, elevatio (vultus tui erit?) Si vero non bene feceris, ad ostium peccatum cubat; Sed ad te erit cursus ejus: Tu ergo dominare illi.

§. I.

Genuinæ loci obscurioris interpretationi multam afferre lucem, antecedentium & consequentium, quæ ad eandem materiam directe pertinent, collationem, nemo facile inficias ibit. Hinc non abs re futurum esse arbitramur, si in ipso dissertationis nostræ limine præcedens historia succincte evolvatur. Sistitur nobis initio hujus capitinis dispar fratum par, Cain atque Habel, qui, licet externo vitae instituto internaque morum qualitate toto discreparent cœlo, eodem tamen anni tempore suum Deo obtulere sacrificium, idque מִקְצֵה הַיּוֹם h. e. circa finem anni, qui etiam erat Veteribus finis messis. Ita hanc phrasin interpreta-

פָּקְרָאת הַשְׁנָה תְּמִימָה: יְמִיסָּה
 זֶה כְּתוּב יְמִיסָּה תְּהִיה נָאֹלֶת בְּעֵבוֹר שִׁישְׁבוֹ הַיִםִיסָּה
 בָּאוֹרֶךְ אוֹ בְּקוֹצֶר כְּאֶשֶׁר הַיּוֹ בְּתַחֲלָה זֶה כְּמוֹסָה
 יְמִיסָּה: *Annus completus nomine dierum venit. Ita
 enim scriptum est (Levit. XXV. 29.) per DIES i. e.
 per annum sicut redemptio ejus, propterea quod dies (elapsi
 anno) redunt iidem, sive longi fuerint, sive breves, prouti
 erant ab inicio (anni.) Et ita etiam (1. Sam. I. 3.) à DIE-
 BUS AD DIES i. e. ab anno ad annum, sive annuatim.*
 Eandem tuentur explicationem JOH. HENR. HEI-
 DEGGERUS *Hist. Patriarch. T. I. Exerc. V. §. XVIII. p.*
178, & Summe Reverendus DN. D. JOH. FRANC.
 BUDDEUS *Hist. Eccles. V. T. T. I. p. 146.* Cum vero Cain
 רעה איש הארץ *agriculture deditus esset*, Abel autem
 צאן pastorem gregis ageret, ille è fructibus
 agri, hic è primogenitis oviuum
 suarum & ex adipibus earum suum delegerat sacrificium.
 Evidem atiam prorsus sacrificii Abeli faciem nobis
 sicut GROTIUS, qui, ne pecudum mactationem &
 προφαγίαν ante diluvium concedat, Habelem lanam & lac
 pinguisimum obtulisse autor est, in qua sententia ex
 parte sibi ὅμόψηφον habet JOH. CLERICUM *Comment.*
in h. l., ex toto vero HENRIC. BERNH. WITTE-
 RUM *Comment. in XVII. priora Genesios capita p. 158.*
 Quibus omnibus, ne quid dissimulemus, jam facem praetulit JOSEPHUS *Antiquit. Jud. L. I. C. III. p. m. 6.* γάλα οὐκτα
 πρωτότοκα τῶν βοσκημάτων lac & primogenita pecorum obtulisse
 Cainum asserens. Verum, ut taceam, hac ratione
 חלב cum חלב confundi, ejusmodi sacrificia lactis, &
 quæ GROTIUS WITTERUSQUE addunt lana, in
 Ecclesia vera populoque Dei nunquam usitata fuere.

Et

בכורות opus, ordinariam famosamque vocis significationem deserere, illamque non de primogenitis pecoribus; sed de *precipuis præstantissimique gregis præventibus*, quales *lana & lac esse* solent, interpretari? Denique omnem animo nostro scrupulum eximit Paulus, Ebr. XI. 4. Abelis sacrificium *Ius*ter** vocans, quod vocabulum, *אֶת־זָבֵחַ יְהוָה* mactando suam trahens originem, sacrificium pecudis mactatione peractum proprienotat. Unde GROTIUS haud immerito HEIDEGERO l. c. p. 181. & B. ABR. CALOVIO Bibl. illustr. p. 255. vapulat, CLERICUM vero justa notavit censura Dn. BUDDEUS Hist. Eccles. l. c.

§. II.

Cainum & Abelem externo sacrificandi actu defunctos hactenus vidimus, attamen non eandem Dei gratiam utrumque adeptum, sed disparem prorsus actionis suæ eventum sortitos esse hos fratres, testatur Moses: *וַיֹּשֶׁע יְהוָה אֶל הַבָּل וְאֶל קִין וְאֶל־מְנֻחָתוֹ* *וְאֶל קִין* respxit vero *Jehova ad Habelem* & oblationem ejus: *ad Cainum autem & ad ollationem ejus non respxit.* Quo indicio constiterit, acceptam Deo fuisse, Abelis oblationem, ingratam vero fratri Caini, disertis verbis non exprimitur. Non tamen à vero abludere videtur sententia ABEN-ESR Æ, scribentis: *וַיַּתְּמַכֵּר שִׁירָוֹת אֲשֶׁר וַיָּשֶׁן מְנֻחָת הַבָּל וְלֹא מְנֻחָת קִין* Convenit dicere, flammam descendisse & in cineres redigisse oblationem Abelis, non autem Caini oblationem. Nam haud raro subsequentibus seculis Deus hac ratione grata sibi esse, quæ offerebantur, sacrificia testatus est. Vid. Levit. IX. 24. Jud. VI. 21. 1. Reg. XVIII. 24. seqq. 2. Paral. VII. 1. Unde & THEODOTION *וַיַּשְׁעַ* *וְtransfult*.

ἐνεπύρεσεν inflammavit, quam explicationem suam etiam
 fecere HIERONYMUS Tradit. Ebr. B. LUTHERUS
 Comment. in Genesim, aliisque plures. Majoris momenti
 quæstio est, eaque nostro maxime conveniens scopo,
 cur Deo'gratum fuerit Abelis sacrificium, Caini vero
 ingratum? Genuina hujus quæstionis decisio multum
 lucis afferre poterit loco, quem habemus præ manibus.
 JOSEPHUS hanc affert rationem: ὁ Θεὸς Ἰαῦη μᾶλλον
 ἤδεται τῇ Θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κατὰ Φύσιν γεγονόσι τιμώμε-
 ν@, αὐλαὶ δὲ τοῖς καὶ εἰπίνοιαν αὐθεώπες πλεονέκτες, κατὰ βιαν
 καὶ φυκόσι. Hic (Abelis) sacrificio Deus magis delectatus est, quia
 ipse iis, quæ ultero & sua natura proveniunt, bonore afficitur,
 non vero iis, quæ homo avarus & indusarius per vim quandam
 a natura extorxit. Nimirum ex mente JOSEPHI gratius
 fuit Deo Abelis munus, quod obtulerit animalia, ultero
 & sua natura sine hominum cura provenientia, cum
 fruges terræ, quales Cain obtulit, non nisi magno la-
 bore atque sudore hominis proveniant atque colligan-
 tur. Sed si Deo ideo fruges ingratæ forent, non po-
 stea ab Israelitis munera ex frugibus terræ, farinas, pa-
 nes decimasque postulasset. Procul quoque faceffant
 nonnullorum Judæorum commenta, causam diversita-
 tis in eo quærentium, quod Abel obtulerit animalia
 optima & selectissima, majoris pretii, quam fruges
 terræ, Cain vero avarus opibusque inhians non tanti
 pretii munera; sed spicas duntaxat exiles parca & ava-
 ra manu sacrificaverit. Qilibet enim de suis, quæ
 possidebat bonis, obtulit; Abel pecudes, quia erat
 pastor gregis; Cain terræ fruges, quia agriculturam
 exercebat. Unusquisque etiam de bonis suis liberalis
 vel avarus esse poterat. Sed non vero simile est, Cai-
 num publicum avaritiæ suæ specimen in sacrificando
 edidisse, qvoniam hypocritæ, in quorum censum hic
 homo

homo referri meretur, ut plurimum insignem' præ se ferre solent liberalitatem. Neq; album meretur calculum sententia illorum, qvi displicuisse Deo sacrificium Caini statuunt, qvia is dissidebat à fratre, siqvidem dissidium cum fratre non sacrificium antecessit, sed demum secutum & hujus occasione enatum fuit. Ipse Spiritus S. rationem solidam sufficientemq; in N. T. adfert, cur gratum Deo fuerit sacrificium Abelis, ingratum Caini, Ebr. XI-4. inquiens: πίστει πλείονα θυσίας ἀβέλ παρὰ καὶν προσήνεγκα λόθι Θεῷ, διὸ οὐ εμαρτύρηθη εἴναι δίκαιος. Fide præstantius sacrificium Abel præCaino obiulit Deo, per qvam testimonium consecutus est, qvod esset justus. Ita præeunte SYRO locum reddimus, aliter prorsus ac VULGATUS, πλείον plurimum transferens. Nam πολύς Græcis etiani magnum, præstans significat. Sic apud THUCYDIDEM & HOMERUM, teste GVILIELMO BUDÆO Comment. de lingua Greca usurpatur, & apud LXX. Interpretes nihil usitatius, idq; ex Ebraismo, ubi בְּ mulcus etiam est magnus, præstans. Inde Psal. XXXVI. 6. πολλὴ ἄβυσσος magna abyssus, it. i. Reg. IV. 29. σοφία πολλὴ excellens Sapientia. Sic Matth. VI. 25. & Luc. XII. 23. ψυχὴ πλείον τῆς τροφῆς anima præstantius (majus) quid cibo, & Matth. XII. 41. 42. Luc. XI. 31. 32. Christus πλέιων præstantior (major) Jona dicitur & Salomone. Adde Marc. XII. 33 Conf. LUDOVICUM DE DIEU Comment. in 4. Evang. ad Luc. XVI. 10. p. 345. & GROTHUM in Ebr. XI. 4. Locus igitur hic, rite expositus, fidem justificam veram esse causam commonstrat, ob qvam benebole acceperit Numen Clementissimum oblationem Abelis, qva qvia Cain caruit, non poterat ipsius sacrificium Deo esse gratum. Qualiscunq; Caini fuit oblatio, modo cor offerentis recte fuisset dispositum, Deo grata fuisset, non secus ac Abe-

Abelis oblatio. Nam μᾶλλον τὸ δαμόνιον πέδος τὸ τῶν θυόντων ἥθος, ἢ πέδος τὸ τῶν θυμένων πλῆθος βλέπει Deus magis offerentis mores, quam oblationum multitudinem respicit, dicente PORPHYRIO de abstinentia L. II. Notatu dignum est, Mosen vs. 4. h. c. dicere: וַיְשַׁע אֱלֹהִים כָּל מְנֻחָתוֹ לֹא שָׁעָה וְאֶל קִין וְאֶל מְנֻחָתוֹ לֹא שָׁעָה Ad Cainum vero non respexit, ideo nec ad munus ejus. Non habuit, ut frater, cor fide purificatum, ideo nec ipsum, nec cultum ipsius benevole Deus respexit, Deus inquam, cuius oculi fidem respiciunt, Jer. V. 3. Ex opere, ut dicere moris est, operato, Cain suum Deo sacrificium videtur obtulisse, sibi blandiens, se ob solum externum sacrificandi actum Virum esse benevolentia Divina dignum, licet cor suum nefandæ incredulitatis omniscj nequitiae esset officina. Qvomodo ergo ipse, cum suo sacrificio Deo placere poterat? χωρὶς πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστήσα� (τῷ Θεῷ) Ebr. XI. 6. Locum potius hic inveniebat sapientissimum sapientissimi Salomonis effatum: זבח רשיים תועבת יהוה Sacrificium impiorum est abominatione Gehova. Prov. XV. 8. E contrario Abel nihil sibi ipsi, nihil suis operibus, nihil propriæ tribuens dignitati, offendo respiciebat, sibiç applicabat cruentam promissi Seminis mulieris oblationem: in hac remissionem peccatorum, in hac solatium omne & felicitatem unice quarebat. Ideo Deus in ipso ejusq; sacrificio beneplacitum habuit,

§. III.



Licet vero omnis repudiati sacrificii culpa in Caino hæreret, atq; adeo ipse sibi succensere debuisset, suæq; vitiositati nuncium mittere, ille contra erga fratreminatu minorem, sibi prælatum, invidia ac ira flagrare cœpit & hanc, qvam pectore premebat, indignationem gestibus externis satis superq; prodidit. Unde Moses: וַיְחִרֵר לְקַנֵּן מָאוֹד וַיַּפְלֹא פְנֵיו Et accensa est ira Caino valde, & concidit vultus ipsius, i. e. demisso in terram vultu incessit. Er ließ den Kopff (das Maul) hängen, dicerent Germani. Gestus hic indignationis, invidiæ & pudoris, qyæ animi passiones in uno eodemq; Subjecto sæpe conjunctæ sunt, indicium esse solet. Sic de Judæorum inimicis, cum murum Hierosolymæ abso-lutum esse audivissent, Nehemias: וַיַּפְלֹא מָאוֹד בְּעִינֵיכֶם Et conciderunt valde oculi eorum. Neh. VI. 16. תָּבִבְנֵיכֶם in voce hic nominativum explere videtur, quemadmodum alias haud raro apud Ebræos, obser-vante NOLDIO Concord. part. Ebr. p. 164 & apud Ara-bes, teste ERPENIO Grammat. L. IV. c. 1. p. 156. Sen-sus vero loci est: Judæorum hostes, qui hactenus ædi-ficationem urbis & templi impedire adlaboraverant, nunc consilia sua turbata, omnesq; machinationes fru-straneas animadvertentes, cum pudore, tum indignatione & odio plus qvam Vatiniano erga Judæos cor-repti, vultum demittebant. Sic Alexandri milites, magnum itinerum & præliorum pertæsi, cum eos in-longinquis regiones ducere vellet Alexander, eorumq; animos oratione excitare conaretur, in terram demissis capitibus tacere perseverabant, quæ sunt verba CURTII L. IX. c. II., hac ratione indignationem suam signifi-cantes. Conf. doctissimus CLERICUS Comment. in Gen.



p. 37. Necj vero ii tantum, qvorum animos indignatio occupat & odium; sed et, qvi mala premuntur, conscientia, faciem ad terram demittunt. Sic publicanus male sibi conscius, ex pudore ἀπέλευθερός τούτος ὁφθαλμὸς εἰς τὸν σκοτίαν ἐπῆρε. Luc. XVIII.13. Atq̄ Esdrasc. IX. 6, pudore peccatorum suorum & populi sui suffusus, demisso in terram vultu dicebat אלֹהִים בְּשַׁתְּבוּ נְכֻלָּתִי לְהַרְיִם Mi Deus, pudet me, & erubesco attollere, mi Deus, faciem meam ad te: nam iniquitates nostra creverunt supra caput. Ad Cainum igitur ut revertamur, in illo demissio vultus cum indignationis & odii erga fratrem, tum pudoris è mala conscientia suam trahentis originem, index erat. Illud patet, quia exarsit ira ejus (erga fratrem) valde; hoc, qvia Deus versu 7. hujus capitil faciei demissæ τὸν εἰλεγισμὸν capitil opoponit, hancq̄ Caino sub conditione placatae conscientiæ pollicetur. Rebus sic stantibus, Deo curæ fuit, malam Caini mentem inflectere, & animi motos componere fluctus.

Idq̄ fecit partim Cainum reprehendendo, partim ad saniora consilia revocando. Reprehendit ipsum, inquiens: לְמַה חֲרֵה לְךָ וְלִמְהַ כְּפָלוּ פָנֵיךְ? qvare tibi succensa est ira, & qvare concidit vultus tuus? quasi diceret: Nonne penes te ipsum est culpa sacrificii rejecti, utpote cuius animus coram me non est rectus, qviq̄ mihi sum facere non erubisti? At ego, qvi intimas cordis latebras perscrutor, merito, oblatione fratri accepta, tuam improbavi. Ad saniora consilia Numen benignissimum Cainum revocare studet his verbis, qvæ nostræ jam sint curæ: חֲלָא אֶם תִּיטִיב וְכ'

§. IV.

Cum omnia fere nostri dicti vocabula varias variorum

riorum expositiones sint passa, necesse erit, singula-
ordine considerare. Evidem voculam ή particu-
lam interrogandi esse, & nonne? an non? reddendam
esse, omnes prope Interpretes magno fatentur consensu,
nisi quod unicus CASTALIO apud MATTH. POLUM
Synopsi Critic. in b. l. per certe exprimendam esse judicet.
Verum sensus eodem prorsus recidit, sive vertas: *an*
non, *si bene egeris, elevatio erit?* sive *Certe, si bene &c:* nam
interrogativa negans: *nonne, an non?* affirmativum
gignit sensum. Unde h's diu immorari, operæ pre-
mium non est.

§. V.

Diligentiores meretur disquisitionem particulā
ἢ, quam plurimi conditionalem hic esse, & per: *si*
efferendam existimant. Sic ἡ εἰδομένων reddunt: εἰ. Ita
& τὸ οὐ, idqđ sensu conditionali retinuit CHALDÆUS,
ne de recentioribus jam dicam versionibus. Existunt
tamen nonnulli magni nominis Viri, paulo post nomi-
nandi, qvibus οὐ hic non est particula conditionalis,
sed disjunctiva, *aut, sive, reddenda, h. m. An non, sive*
bene offeras, sive non bene, ad ostium peccatum cubat? Hi
monent, particulam οὐ in *textu aliquo repetitam commu-*
niter distributive significare & verti debere sive, sive, tam,
quām, allegantes pro sua sententia loca sequentia: Gen.
XXIV. 49. Exod. XIX. 13. Lev. XXVII. 26. Deut.
XVIII. 3. Ruth. III. 10. 2. Sam. XV. 21. XVIII. 3.
1. Reg. XX. 18. 2. Reg. VII. 4. Eccles. V. 11. XII. 14.
Jer. XLII. 6. Otio abuterer, si omnia hæc loca proli-
xe examinarem, ambabus enim largior, particulam
οὐ *repetitam haud raro disjunctiva gaudere significa-*
tione; attamen non semper illum sensum ei necessario
adscribendum esse, locus in frontispicio positus, qvem

B 3

contra



contrasentientes pro sua statuminanda hypothesis in medium proferunt, evidenter docet, Gen. XXIV 49. ubi **הָאֵם** שׁבַּת חֶסֶד ועתה אִם יִשְׂכַּם עֲשִׂים חֶסֶד ואמת את אהני הגידו לי ואם לא הגידו לי ואפנה על ימץ או על שמאל Certe hic part. **אִם** æque recte si, ac sive, reddi potest, qvemadmodum & B. LU I HERUS, TREMELLIUS alioq[ue] locum egregie ita transtulere: nunc igitur, si estis (porro) exercituri benignitatem & fidem erga Dominum meum, indicate mihi: sin minus indicate mihi, ut convertam me ad dextram vel ad sinistram. Huic adde Num. XXXII. 20. 23. it. vs. 29. 30. Ruth. III. 13. Ef. I. 19. 20. Plura in re perspicua cumulare testimonia supersedeo. Nostro loco conditionalem, non disjunctivum, particulæ **מִן** tribuendum esse sensum, ex accentuatione Ebræa haud difficulter demonstrari potest. Qvod si enim illa, qvam contrasentientes suam fecere, prævaleret versio: *An non sive bene offeras, sive non bene &c.* prior *Sakephkaton* in voce **שָׁאת** minorem distingvendim haberet, qvam posterior in verbo **חִיטִיב**. At vero accentus idem repetitus, qvo magis à Domino suo distat, eo sit major eoq[ue] fortius distingvit. Vide DAN. WEIMARUM usu accentuationis Biblicæ Axiom. V. p. 55. seq. Manet igitur fixum ratumq[ue], **רֹאֵם** hic conditionale esse: *si bene feceris.* Qvod luculentius patebit, si consideraverimus vocem, ad qvam nos ordo ducit,

§. VI.

חִיטִיב. Hanc secundam esse personam futuri in Hiphil, radicis **יְתִיב** qvæ in kal *bonum esse*, in Hiphil *bene facere* notat, in aprico est. Verum enim vero verbum **חִיטִיב** in tempore finito, infinitivo alterius verbi coniunctum, interdum in naturam adverbii *bene* degenera-

re

re solet, infinitivo illo in tempus, numerum & personam finiti conjuncti latine converso v. gr. Jer. I. 12. **לראות ה'יתבת** *bene fecisti videndo h. e.* bene vidisti. Consule præter hunc locum i. Sam. XVI. 17. ac Prov. XXX. 29. Huncq; idiotismum etiam hic locum invenire non nulli judicant, seqvens **שאת** pro Infinitivo accipientes. Ita LUD. DE DIEU *Animadvers.* p. 13.. & B. SAUBERTUS opp. *Posth.* p. 13. seq, qui verba nostra ita transferunt: *nonne siue bene feceris offerendo h. e. siue bene offeras, siue non bene.* Neq; silentio prætereundum, hos antesignanos habere LXX. Interpretes: *ἴαν οὐθῶς προσενέγκει* *si recte offeras.* Sed ne jam de voce **שאת** impræsentiarum dicam, (qvoniam infra de ista pluribus differendi dabitur occasio,) finge tantisper, **שנת** significatu offerendi gaudere, cave tamen existimes, vi accentuum, verba hæc ita reddi posse: *siue bene feceris offerendo.* Si enim allata firmo staret talo versio, non *Paschta*, accentus subdistinctivus, in verbo **חיטיב** staret; sed servus potius, **ח' חיטיב** cum voce **שאת** arcte conjuncturus. Longe igitur rectius, nisi totus fallor, accentuum tenorem observant, qui nostrum **חיטיב** à voce **שאת** divellentes, locum ita vertunt: *Nonne, si bene feceris, elevatio?* Et omnino hic altius assurgendum, quam ut ad *externum sacrificandi actum legitime secundum legem Ceremonialem factum*, cum LUD. DE DIEU **ח' חיטיב** referamus. Potius verbum **חיטיב** hic significat, opera, intrinseca & morali bonitate gaudentia edere. Cum vero nullum opus bonum dici mereatur, quod fide caret: nam *πᾶν, ὃ σὺ εἰς πίστεως, αἴματα εἶς.* Rom. XIV. 23, sponte seqvitur, **ח' חיטיב** *benefacere*, fidem in Christum, unde omnibus nostris operibus unice sua accedit bonitas, præsupponere & includere. In specie ad actum sacrificandi ejusque

ejusq; internam bonitatem è fide in Messiam profluente hic respici, contextus evincit. Ideo enim sacrificium Caini à Deo rejectum, qvod fide destitueretur, juxta ea, qvæ §. II. diximus, & per consequens opus vere bonum non esset. Probe hoc observavit felicissimus Sacrarum Pande&tarum Interpres B. SEB. SCHMIDIUS l. c. §. 9, & propterea ad integrandum sermonem ex antecedentibus subaudiendum jūdicavit: *להביה את מנחה Si bene feceris (adducere munus tuum) h.e.* Si munus tuum adduxeris, ut rectum est & debes. Licet vero supplementum hoc expresse non adjeceris, omnia tamen contextus verba clamant, h. l. maxime de bona ac legitima sacrificii oblatione i. e. de actu fidelis oblationis, (non exclusis aliis bonis operibus, fidei fructibus) sermonem esse. In eundem sensum etiam explicari potest ONKELOS, vertens: *אם תיטיב עירך Si bonum reddideris opus tuum.* Nullum vero opus sine fide bonum est. Vult igitur Deus dicere: Si opera tua è vera fide suam duxerint originem, & sic non apparenter tantum, sed vere bona fuerint, si sine fuco, sine malitia & hypocrisi obtuleris, si ex vera in Messiae sacrificium fide tuum mihi exhibueris sacrificium, gratus mihi eris. Sicq; tibi erit

§. VII.

אתה elevatio. Hanc vocem crucem figere, Commentatoribus, apud omnes in confessio est. Qvod ad formam ejus Grammaticam attinet, eam interdum infinitivum radicis *אתה* constituere, ex Deut. I. 9. & Ezech. XX. 31. cernere licet. Qva ratione inducet nonnulli, ex qvorum mente *תְּאַתָּה* infinitivi notionem sustinet, textum ita reddidere: *Si bene feceris offerendi, e. Si bene offeras.* Verum, ut alia dubia supra jam contra

contra hanc versionem proposita, siccō pede transeam, nuspiam verbum נָשָׁא de oblatione sacrificiorum usurpatur. SYRUS reddidit קְבָלָת recipies וְאֵן תִּשְׁפַּר קְבָלָת Ecce si bene feceris, recipies. Ita quoque ARABS, ac VULGATUS. Cujus vestigia Commentatores Pontificii legentes, vocabulum mercedis ad integrandum vulgati sensum adjiciunt: recipies mercedem, si bene feceris, ut inde erroneæ suæ de mercede bonorum Operum doctrinæ aliquod addere possint pondus. Vide BENEDICTUM PERERIUM Comm. in Gen. p. 235. Verum quæ fronte יְמִנָּת redi potest recipies, cum non sit futurum? Præterea nulla hic meriti mercedisq; injicitur mentio, nullumq; prorsus ejusdem adparet fundamentum. Proinde alii longe rectius infinitivum שָׁתַּת h. l, prout etiam Gen. XLIX. 3. Ps. LXII. 5. Job. XIII. 11. Levit. XIV. 56, & alibi, naturam nominis substantivi induere observerunt, quamvis & hi, quod ad versionem & explanationem hujus loci attinet, tantum inter se distent,

quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

KIMCHIO Lib. radicum, JUNIO, B. AUGUSTO VARENIO Decad. Mos. p. 399. B. SEB. SCHMIDIO Colleg. Bibl. l. c. §. 9. & 12. pag. 240. seq. & Comment. in Gen. p. 57. JAC. GUSETTIO Comment. de lingua Ebreap. 318. aliisq;, τὸ שָׁתַּת est venia, condonatio, remissio peccatorum. Qyibus omnibus præavit ONKELOS, reddens: הֲלֹא אָמַת חֶטְיָב עָוֹנָךְ יִשְׁתַּבְּקָה Nonne si bene egeris opus tuum, remittetur tibi? Hæcq; sententia conformem analogiæ fidei sensum recipere potest, si cum B. SCHMIDIO ita locum explices: si bene feceris adducendo munus tuum, h. e. si ex vera in Messiam fide obtuleris dona tua, erit tibi remissio peccatorum. Nihilominus obstat huic interpretationi usus vocis שָׁתַּת. Licet enim verbum נָשָׁא interdum notet remittere, condonare, nuspiam tamen hoc sensu accipitur.

tur vocabulam נָשׁוֹן. Idem monendum circa versionem B. LUTHERI, so bist du angenehm, non immerito tolerabilem adpellatam B. PFEIFFERO, atq; B. GERHARDO Comment. in b. l. & LIGHTFOOTO observ. in Gen. adprobatam. Esto enim, radicem נָשׁוֹן, praesertim qvando ipsi פְּנִים adjicitur, idem significare, ac faciem alicujus accipere i. e. gratam habere alterius personam, non tamen נָשׁוֹן significat acceptationem. Existunt haud pauci magni nominis Philologi, qvibus, praeunte NACHMANIDE, nostrum נָשׁוֹן est excellentia, dignitas, honor, eminentia. Ita sentiunt BERTRAMUS l. c. FAGIUS in Bibl. Criticis T. 1. p. 196. edit. Francof., JOH. CLERICUS Comment. in b. l. & WITTERUS l. c. p. 164, qvi tamen sibi ipsi non satis constat: mox enim aliam, qvam postea nostram faciemus, expositionem sua dignatur adprobatione, mox ad insig- nes primogenitura excellentias hic respici, autumat. Conferunt hi Gen. XLIX, 3.
 רָאוּבֵן בְּכֶרֶב כַּחֲךָ וְאִשְׁתָּחַת אָנוֹר יְתַחַר שָׁתָּה מִן Ruben primogenitus mens, tu virtus mea & principium roboris mei, excellentia DIGNITATIS, & excellentia fortitudinis. Ut vero pleniū de sensu constet, CLERICUS verbum תְּשַׁמֵּךְ supplet, h. m. si bene- feceris, dignitatem tueberis. Et hi omnes locum de prae- rogativa primogeniti accipiunt. Unum instar omnium, audiamus, FAGIUM, ita in b. l. commentantem: qvia Ca- in primogenitus erat, confessus jure primogenitura, putabat, munus suum gratias fore Domino munere fratris. Sed quia di- versum fieri videt, se videlicet rejici, & fratrem acceptari, ira- ens ac dolens, ne praerogativa ad fratrem transferretur, mox de fratre necando cogitat, ut sic, sublatto fratre, penes se- tanquam primogenitum superioritas rerumque potestas perma- neret. Quid ubi animadvertis in eo Dominus, adest, avo- cans

cans eum a malo proposito, proponens primum, si vitam emendet: secus si male esse perget. Dicit ergo: nonne si emendaveris vitam, superior eris. At vero Viri hi eruditissimi supponunt, Caino in lucem edito, illico prærogativam primogenituræ, in jure regendi subditos, & Deo ministrandi se exserentem, suum sumfisse initium, cum tamen nullum hujus rei in S. Codice extet vestigium, nec administratio Sacerdotii natura cohæreat cum primogenituræ prærogativa; sed maxime lege opus habeat positiva, qvæ tamen hic non reperitur. Licet enim qvædam primogenituræ jura ætatem Mosis ipsiusq; legem anticipaverint, atq; eo nomine male audiat Esavus, qvod ea flocci fecerit Gen. XXV. 31. seq. Ebr. XII. 16, nullam tamen prægnantem observare licet rationem, ut omnia statuta ad legem ceremonialem positivam pertinentia, statim cum ipso orbe condito suam duxisse originem, credamus, monente hæc accurate HACKSPANIO l. c. Neq; de jure primogenituræ in toto hoc Capite unicus extat apex. Cain dolore corripiebatur, non, qvod jure primogenituræ exciderat; sed qvod sacrificium suum à Deo fuerat repudiatum. A repudiato vero sacrificio ad parentiam primogenituræ N. V. C. Denique alium prorsus נשות sensum nobis suppeditat Ariadnæum justæ interpretationis filum, contextus.

§. VIII.

Nimirum calculum meretur interpretatio laudati ABEN ESRÆ, in b. l. scribentis. פ' שאות על רעת מפרשים שאות עון והכון בעיני שאות פנים בירכtów בהחולח אובל פניו זהה דרין בושה כתעם אשא פנץ וטעמו אם עשית שאות טוב תשא פנץ וכן כי או תשא פניך ממוט multi interpres de condonatione peccati accipiunt: Placeat



zamen misi, accipere de elevatione faciei, qvia scriptum est paulo ante: Et conciderunt facies ejus. Et hec est ratio pudoris, juxta sensum verborum: elevabo vultum ejus. Ut adeo sensus sit: Si recte feceris, eriges faciem tuam. Ita etiam Job. XI. 15. *Elevabis faciem tuam sine macula.* Et omnino hanc expositionem confirmant antecedentia. Demiserat enim vultum Cainus ex pudore & indignatione: *וַיַּפְלֹא פָנָיו* concidit facies ejus. Jam vero Deus eundem ad meliorem frugem reducere allaborans, dicit: *Quare concidit vultus tuus?* Nonne si bene feceris elevatio (faciei tuæ erit?) h. e. intrepide vultum elevare poteris, quem admodum illi faciunt, qui nullius mali sibi sunt consciæ, nullaq; pallescunt culpa. Egregie pro illustrando hoc sensu provocavit ABEN-ESKA ad locum Job. XI. 15, dignum, qui integer hic adscribatur: *Ne habitare fac in tentoriis iniqvitatem* *כִּי אַתָּה תֵשָׁא פָנָיךְ מִזְמָרָה* *tum enim elevare poteris faciem tuam sine macula* (h. e. inculpate, bona & salva conscientia), *וְרִיסָגָתָךְ* fortis, nec timebis. Ad di huic potest Job. XXII. 26. *si elongabis iniqvitatem a tentoriis tuis*, *Omnipotente delectaberis פָנָיךְ* *וְתִשְׁאַל אֱלֹהֶה פָנָיךְ* *E elevabis ad Deum faciem tuam*, quem locum LXX Interpretes ita explanant: *παρασταθήσης εναντίον κυρίων, αὐτόλεψας εἰς τὸν ἔχανον οἰλαρῶν.* Scilicet faciei elevatio cordis bene sibi consciæ & bona ad Deum fiducia animati signum est. Unde & Christus piis injungit Luc. XXI. 28, ut attente signa futuri judicii considerent atq; elevent capita sua in signum bonæ conscientiæ, ac testimonium lætitiae, qvoniam appropinq; redemtio eorum. Qvod si igitur in posterum Cainus ex vera in Christum fide obtulerit, & sacrificium suum æq; ac reliq; actiones suas hoc modo bonas reddiderit, lætam faciei elevationem ipsi Numen benignissimum promittit. Sic enim nullam fore causam, cur vel ex indignatione, vel ex pudore

dore, certissimo malæ conscientiæ indice, caput de-
mittat. Eundem sensum amplectuntur GROTIUS in
b. I, B. CALOVIUS Bibl. illustr. p. 255, HEIDEGGERUS
Hist. Patriarch. T. I. Exerc. V. §. XXVIII, B. PFEIFFERUS
Dub. Vex. in b. I, Dn. BUDDEUS Hist. Eccles. V. T. I. c. p.
148, & qvi reliquis hac in parte palmam præripuit,
HACKSPAN Miscell. L. I. C. IV. §. XIII. p. 61, sq.

§. IX.

Ne vero existimes, **הַשְׁאֵל** hanc, qvam adstruxi-
mus, significationem respuere, & alteram illam, qva
prærogativa, excellentia redditur, ob locum, qvem nostro
parallelum judicant, Gen. XLIX. 3. firmiori superstru-
ctam esse fundamento, observandum, **לֹא שָׁתָּא** à rad. **נִשְׁאָן**
deducendum, qvoties ut nomen Substantivum usurpa-
tur, toties generatim notare **elevationem**, & qvidem
speciatim **proprie** ejusmodi **elevationem**, qva aliquid in-
sublime tollitur. Sic præter nostrum locum de Levia-
thane occurrit Job. XLI. 16. **מִשְׁתַּחַו**, (pro **מִשְׁאָרֶת**, litera-
& per Syncopen elisa) **גּוֹרוֹ אִירִים** ab elevatione ejus (i. e.
ab eo ubi se in aquis attollit & elevat) timent fortis. Huc
& non immerito traxeris significatum **tumoris**, qvem
Levit. XIII. 2. 10. 19. & alibi sustinet. Quid enim tu-
mor, nisi cutis carnisve **elevatio**? Metaphorice vero desi-
gnat **excellentiam & dignitatem**, qva qvis super alios emi-
net. Sic Gen. XLIX. 3. Ps. LXII. 5. aliisq; locis sumi-
tur. Conf. CHRIST. STOCKII Clavis Lingue S. p. 794.
Ut adeo nostra sententia **propriam** vocis **הַשְׁאֵל** significa-
tionem tueatur; illorum vero explicatio, qvibus **הַשְׁאֵל**
est **prærogativa, improprio & metaphorico** vocabuli **הַשְׁאֵל** sen-
su nitatur. Neque suspectam reddere potest hanc in-
terpretationem supplementum vocis **פְנִימָה**: nam in lin-
gua Ebræa frequentissime ex antecedentibus **אַתָּה** **הַשְׁאֵל**

C 3

voca-



vocabulum repetendum esse norunt omnes, qui S. Codicem in fontibus attente legerunt. Exempla si desideres, praeter B. HACKSPANIUM *l. c. §. IX. p. 58*, adi B. GLASSIUM Philol. S. L. IV. Tr. II. Obs. 8. p. m. 665. seqq.

§. X.

Ex hactenus dictis haud difficulter colligere licet, quo gaudeant sensu verba sequentia: **וְאַתָּה לֹא חִיטֵּב הַטִּיב** *sed si non bene feceris.* Nimirum, sicuti *benefacere* supra §. VI. idem erat, ac opera vere bona ex vera fide propullulantia facere, in primis suam oblationem fide bonam reddere, ita vi contrariorum nihil aliud est, nisi nulla opera vere bona, nullos fidei proferre fructus, in specie sacrificium suum ex operae operato, sine fide Deo offerre, cujusmodi oblatione est in oculis Dei actio mala seu peccatum Rom. XIV. 23. Apage igitur ineptam τῶν LXX. explicationem, quibus **לֹא חִיטֵּב** est *non recte dividere sacrificium.* Ita enim textum reddidere: ἐάν εἰσὶ οὐρανούς προσενέγκης, οὐρανός δὲ μὴ διέλθει, ἀναρτεῖται, κατέχεται: nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quiesce. Qvam versionem ISAACUS VOSSIUS Lib. de Septuaginta Interpretibus eorumq; translatione C. XI. p. 33. ita explanat & defendit: Dicit Deus Caino, recte quidem ipsum fecisse, quod obtulerit sacrificium; sed non recte divisisse, quia meliorem partem sibi reservasset. Recte vero divisisse Abelem, qui πλέιον Συστατ, ut est in Epistola ad Hebr. C. XI. 4. obtulisset, ac meliorem partem sacrificio destinasset. Et nonnullis interjectis pergit: Ceterum qvamvis discrepant hoc loco Hebraea exemplaria, nihil tamen mutandum in Codicibus Iudeorum, sed auferenda tantum Masoretharum incrassatura. Si enim puncta neglexeris, ad verbum sic interpretari licebit: *An non si bonum fuerit*



rit donum, & non bona fuerit partitio, peccasti? quiesce.
 Eadem ratione Interpretes Græcos jam explicarunt.
AUGUSTINUS de Cœitate Dei L. XV. c. 7. **AMBRO-**
SIUS de Cain & Abel L. II. c. 6. **PROCOPIUS** aliiqve.
 Verum in hac versione atq[ue] explicatione tot occurunt
~~παρεργάτηαι~~, qvot voces. Primo puncta Ebræa perpe-
 ram negliguntur, quæ audacter satis **VOSSIUS** Masore-
 this adscribit. Autoribus enim Σεπνέυσος suam puncta
 Ebræorum originem debere, Philologi celeberrimi
BUXTORFIUS F. de Origine & antiquitate punctorum,
HOTTINGERUS Thes. Phil. p. 401. seqq. **BARTHOL-**
MAIERUS Phil. S. P. I. p. 21, **LEUSDENIUS** Phil. Ebr.
 diff. 13. seq, & é nostris Theologis B. **GLASSIUS** Phil.
 S. L. I. Tr. 1. p. 17, B. **CALOVIUS** Crit. S. p. 326. seq, B.
WASMUTH P. I. Vind. Ebr. p. 33. seq, B. **PFEIFFE-**
RUS Crit. S. C. IV. Sect. II. qvæst. 11. p. 109, aliique dudum
 demonstrarunt. Tolle enim puncta, Scriptura nasus
 erit cereus, in varias formas mutabilis. Tolle voca-
 les, dubium remanebit, utrum Exod. XVII. 14. Deus
 delere velit omnem זכר MASCULUM, an זכר MEMO-
 RIAM Amalek; utrum Ps. XCI. 3. Deus velt liberare
 pios פָרַבְדָה הוֹתָה à PESTE PERDITIONUM, an פָרַבְדָה הוֹתָה à VERBO PERNICIOSISSIMO i. e. calumnia
 impiorum; utrum Gen. XLIX. 6. Simeon & Levi ener-
 varint שׂור BOVEM, an שׂור INIMICUM. Tolle pun-
 eta, qvis te certiorem reddet, utrum Salomo Eccles.
 III. 21. immortalitatem animæ humanæ adstruxerit: *Quis*
animadvertisit Spiritum filiorum hominis, הַיְאֵלֶּה לִמְעָלָה
 ASCENDENTEM sursum; an destruxerit: *Quis novit*
Spiritu[m] filiorum hominis, הַעֲלָה (enim Interrogativum
 habet quidem alias -; sed pro - sequente litera guttu-
 rali alternat -) Vide **DANZIUM** Literat. S. 26. m. XI.)
UTRUM ASCENDAT ille sursum? Tolle accentus,

an-

anceps hærebis, utrum Gen. XLIX. 10. non recedere
debeat Sceptrum a Iuda aut legislator ē medio pedum ejus,
עד USQVE DUM venerit Schiloh, an
Sceptrum a Iuda non recessurum sit עד IN ÆTERNUM
(in Sempiternum): quia veniet Schiloh, (Judæis aliquando
Sceptrum restiturus) qvemadmodum R. LIPMAN in
suo Nizzachon, ABARBANEL aliiq; Rabbinorum sen-
sum diciti hujus classici fraudulenter pervertunt? Sed
quid loquor de punctis? Nec literæ in uersione τῶν LXX,
in nostro loco sartæ manent tectæque. Quæcunq; enim
puncta verbis his: אָמַן לְאִתִּיב לְפָתָח חֲתָתָה רְבָץ
adscripseris, nulla prorsus ratione inde hunc erues sen-
sum: si non bona fuerit partitio, peccasti: quiesce. Quæ
enim verba hic significant non bonam partitionem? Esto,
pro: לְפָתָח legendum fore לְפָתָח, attamen verbum
non significat dividere, partiri; sed aperire, solvere, pande-
re. Vero igitur consentaneum est, Græcos Interpretes
punctis literisq; mutatis ita legisse לְנַתֵּחַ רְבָץ.
Verbum נָתַח enim Ebræis notat sacrificium
in frustâ dividere, Lev. I. 6. 12. Accedit, manifestam in
uersione τῶν LXX. contradictionem reperiri. Nam
recte obtulit ex illorum mente Cain, nec tamen recte
divisit. Qvali vero aliquis recte obtulisse dici potest,
si non recte sacrificium divisit, i. e. si non portionem
æqvam Deo obtulit? Sacerdos partem aris devovendam
fraudulenter subtrahens, & in suos convertens usus
non recte sacrificat. Ne dicam, levissimam hanc fo-
re rejecti sacrificii rationem, præsertim cum vix ac ne
vix qvidem credibile sit, expressa aliquva lege frugum
portionem, qvæ Deo necessario offerri deberet, isto
temporis articulo jam definitam fuisse. Qvin supra-
non sine insigni verosimilitudine conjecimus, Cainum
hypocitarum more sacrificium suum potius abundan-
tia.

tiā muñerum commendasse, qvam portionem aliquām,
Deo debitam, sibi reservasse. Paulus vero πλειον θυσίας
Habelem obtulisse commemorans, non ad quantitatem
materie; sed ad qualitatem forma hujus sacrificii h. e. fi-
dem respicit, vi cuius Abel πλειον θυσίαν πρεσβυτius sa-
crificium p̄ræ Caino obtulisse dicitur. Manet igitur
extra omnem controversiæ aleam positum, phrasin:
הַנִּזְבֵּד הַנִּזְבֵּד non benefacere hic potissimum trahendam
esse ad oblationem, fœda ḥanas macula contaminatam.
הַנִּזְבֵּד אֲמַת לֹא si (hac ratione) non benefeceris,

§. XI.

לפתח חטא רכז: ad fore peccatum cubat. Ubi
ante omnia de vocabulo חטא nos sollicitos esse,
oportet, integræ propositionis sensu à genuina hujus
vocis enucleatione dependente. In varias autem par-
tes hic abeunt Interpretes. BERTRAMO I. c. תְּנַתֵּן
est aberratio à scopo: verbum enim חטא primario &
proprie significare: a scopo proposito aberrare, autor est,
provocans ad Jud. XX. 16. Unde hunc verborum
constituit sensum: nisi vitam emendes, aberrabis a scopo
tuo, quo tibi ex primogenitura jure populi Dei regendi digni-
tatem obvenaturam, proponis. Nos præcipuum hujus ex-
positionis nervum §. VII, occasione vocis חטא jam
incidimus; hoc loco igitur breviores ducere possumus
lineas, tantum observantes, radicem חטא, teste loco-
rum Sacræ Scripturæ inductione, in genere idem esse,
ac aberrare, sive artificialiter à scopo præfixo & meta,
sive moraliter, à norma legis divinæ præscripta h. e.
peccare. Priori ratione unico loco Jud. XX; posteriori
iterum iterumque sumitur. Sed non peccare & à scopo sibi
præfixo aberrare, sive fine suo frustrari non pari ambulant
passu. Tantum enim abest, ut peccatores normam
legis

D



legis Divinæ, à qua ~~enstatim~~ sæpe aberrant, pro fine & scopo præfixo actionum suarum habeant, ut potius, si haberent, peccatis se non contaminarent. Alium prorsus actionum suarum finem apud illos animadverte licet, nimirum ambitionis suæ, libidinis aut avaritiae expletionem, quos fines etiam sæpe assequuntur. Ita hypocritæ ambitiosi, orantes & eleemosynas erogantes πρὸς τὸ θεατῆνα ut conspicui fiant hominibus Matth VI: 1. finis sui fiunt compotes: *habent enim, Christo teste l.c. mercedem suam*, i.e. gloriam inanem coram mundo, quam scopi loco intendebant. Cum ergo verbum νῦν frequentissime significet, *aberrare a norma legis Divina*, seu *peccare*, semel vero à scopo sibi præfixo *aberrare*, quo jure hæc primaria & propria verbi significatio dici meretur? Et esto, radicem aliquam diversimode accipi, an inde firmiter concludendum, iisdem significacionum diversitatibus omnia vocabula derivata subjacere? Minime gentium. Imo jam supra § VII, obseruavimus, verbum νῦν sæpe idem esse ac *elevare*, *condonare* item *accipere*, nomen tamen inde derivatum ναυπιανημένην, *veniam*, *acceptionem*; sed unice *elevationem* notare, monuimus. Idem ferendum judicium de nomine ναυπια, quod, quoties proprie sumitur, toties semper de *aberratione morali a prescripto legis Divina*, h.e. de peccato, ναυπια de *aberratione alia a scopo præfixo ac frustratione finis occurrit*. Unde non immerito BERTRAMI sententiam atro notavit carbone B. HACHSPANIUS l. a. §. XXXII. & XXXIII.

§. XII.

Aliis ναυπια est *pœna peccati*. Ita præeuntibus non nullis Ebraeis apud ABEN-ESRAM, PISCATOR, TREMELLIO, GROTIUS, CLERICUS Comment. in

in Gen. p. 38. WITTERUS p. 163; aliique apud POLUM in b. l. sentiunt. Ex horum opinione hic foret verborum Divinorum sensus: *Si male feceris, pœna peccati præsto erit, siquidem culpam pœna premit comes.* Ad fores enim sæpe esse dicuntur, quæ imminent, & prope sunt. Provocant hujus expositionis Patroni ad Matth: XXIV. 33. γινώσκετε, ὅτι ἔγγυς ἐστιν ἡ ἡμέρα; it. Jacob. V. 9. καὶ τὴς προτοῦ τῶν θυσῶν ἐστοκεῖ. Huc quoque referunt adagium ex PLUTARCHO: πυρετὸς προτοῦ θύρας ἐστοκεῖ: *Febræ ad fores existente.* Ut adeo ad pœnam, quam, cæde commissa, justissimus scelerum Vindex, Deus Caino irrogavit h. e. ad exilium Caino perpetuum hic respiceretur. At vero licet τὸ θάνατον interdum pœnam pro peccato designet, hæc tamen non est propria & palmaria ipsius significatio. Secundam hanc enim peccatum designare, paulo ante evictum dedimus, licet improprie ac per Metonymiam consequentis pro antecedente θάνατον de pœna peccati usurpetur. Nulla vero proprium famosumque vocis significatum deservere nos cogit necessitas. Præterea nec illi, qui θάνατον de pœna interpretantur, Emphasi phrasis istius: ρωβְּנִי לְפַתֵּח חַטָּאת satisfyunt, quod ex infra dicendis clarius patebit.

§. XIII.

LIGHTFOOTUS observ. in Gen. nostrum θάνατον transfert sacrificium pro peccato, qua ratione accipi monet Hos. IV. 8. coll. 2. Cor. V. 21, locum ita explanans: *Si bene egeris, acceptaberis; si male, nihilominus θάνατον sacrificium pro peccato ad ostium cubat, quasi diceret Deus: Tibi pœnitenti spes est venia.* Sacrificia enim ad ostium Sanctuarii, Levitico teste, posita esse observat Vir eruditissimus. Scopumque Dei esse, addit, Cainum erigere, non ul-

D 2

serius

terius dejicere, id quod ex Oraculo gratiōse illi exhibito & ex initio verborum conjicit. Verum coactam esse atq; e longinquo petitam hanc sententiam, nemo non videt. Esto, nonnunquam **תְּנַעֲנָה** sacrificium notare, rarissima tamen & maxime impropria hæc est vocis acceptio. Præterea simplicitas illius ætatis, qua Cain & Abel sua obtulere sacrificia, non permittit, ut de sanctuario foribus clauso cogitemus, licet postea tempore Mosis sanctuarium fores habuerit. Quomodo vero Deus morem loquendi ex sanctuario, tempore cultus Levitici post bis mille annos & ulterius dēnum exstructo, tunc desumere potuerit, non video, nisi dices: Moysi hanc phrasin per anticipationem aliquam adhibuisse, ad quam tamen sine ratione gravissima ægre recurrentium. Nec deniq; ex Oraculo divino, Caino exhibito, tuto colligere licet, Deum unice Cainum dolore oppressum erigere voluisse: Sæpe enim Deus homines impios, omni solatio divino indignos, suo dignari alloquio, exempla ipsius Caini, postquam fratrem suum jam e medio sustulerat Gen. IV. 9. seqq. Labanis Gen. XXXI. 24 Bileami Num. XXIII, aliorumque evincent. Scopus potius Numinis optimi, maximi, impræsentiarum erat, iram iustam, quam erga fratrem conceperat Cain, animo ejus expellere, eundemque ad veram fidem & pietatem incitare. Hoc præstat a) promissione: **אֵם תִּיטֵּב שָׁאָת** Si bene feceris, elevatio vultus tui erit? b) comminatione: **וְאֵסֶת לֹא תִּיטֵּב** Si vero non beneficeris, peccatum ad ostium cubat, γ) mandato: **וְאֵלֵין תִּשְׁוֹקְטוּ וְאַתָּה תִּמְשָׁכֵן** Sed ad te erit accursus ejus: **Tu ergo dominare illi.**

§. XIV.

Nobis placet sententiam plurimis Interpretibus rece-

receptam nostram facere, & חטאת de peccato interpretari. Hanc enim frequentiorem & propriam vocis esse significationem, nemo cum ratione diffitebitur. Itaque in hac maneamus, donec pondus rationum in contrarium videamus. E Judæis hanc tenent expositionem RASCHI, scribens: יש אומרים חטא est figmentum pravum, & ABEN-ESRA: שחתא תחצז עוזן גם יש מפרשיס לפתח הקבר רבעץ עונין ביום הויין ויפרשו ויו תשוקתו אל הבל וטעם למה חרוה לך שקבלתי מנחתת הבל והוא סר אל משמעתך ואתה כמו מושל בו ואחרים אמרו על הימר ואיננו כתוב ולאלה אמרו כי לפתח ביתך חטאך רובצת והיא הולכת עמך ויש אומרים לפתח הפה קטעת שמור פתחי פין והנכון בעני שחטאך pro ut (quod paenam iniquitatis sape notat,) possum esse. Sunt quoque qui interpretantur: ad ostium sepulchri enabit iniquitas tua in die judicii. Nonnulli quoque trahunt suffixum ו in voce תשוקתו ad Habelem hoc sensu: quare exarsa est (ira) tibi, cum tamen ille in obedientiam erga te concedat, ו tu sis quasi imperans illi. Alii explicant de segmento (malo) licet illud (expressis verbis in textu) scriptum non sit. Et hi hoc dici autem: ad ostium domus tuae peccatum tuum cubat tecumque ambulat; quamvis alii dicant, ostium esse os, eo sensu quo dicitur (Mich. VII. 5.) custodi ostia oris tui. Mibi optimum videtur quod חטאatum sit adherens, hoc sensu, quod segmentum malum cordis humani cubet cum ipso. Licet vero Rabbinis his ultro largiamur, מהן peccatum ipsum notare, nequaquam tamen

tamen cum illis רַע לְבָדָהּ ad יִצְחָר figmentum prae-
sum cordis i. e. Stylo Scripturæ ad peccatum originale tra-
hendum judicamus. Nam hoc Abeli æque ac Caino
adjacebat. Confr. Gen. VI. 5. VIII. 21. Est potius hoc
peccatum actuale idque voluntarium seu proereticum:
Eiusmodi enim est peccatum, quod cum genuina sa-
crificii oblatione, ex vera fide originem suam trahen-
te, consistere nequit. In specie est immane & capitale
in fratrem odium, quod Caini cor jam occupaverat.

§. XV.

Remanet tamen hic quæstio: an מְתֻחָה stet in ca-
su recto, utrum in casu obliquo? Prius plurimis arri-
det, locum vertentibus: ad ostium peccatum cubat; poste-
rius B. SAUBERTO Opp. Posth. p. 15. (quem tamen
non primum hujus sententiæ autorem esse, e POLI
Synopsi patet.) Hic in genitivo nostrum מְתֻחָה stare
existimat, hoc modo: SIVE BENE OBTULERIS,
SIVE NON, AD OSTIUM PECCATI CUBANS,
scil. tu es, i. e. servus & subditus peccati es, quem ego exau-
dire nolo. Ante fores enim servi cubare solent 2. Sam.
XI. 9. Sed refellit hanc opinionem accentuum rite in-
spectorum ratio. Profecto, si illa, quam SAUBER-
TUS amat, obtineret versio, in voce מְתֻחָה nequa-
quam accentus distinctivus Tipcha; nec in voce מְתֻחָה
accentus conjunctivus, Munachus stare posset; potius
in vocabulo מְתֻחָה Tipcha collocandus fuisset, nomine
לְפָתָח, quod sic in statu constructo staret, accentu con-
junctivo notato. Accedit וְ Patach sub ב in voce מְתֻחָה
esse indicium וְ ה demonstrativi, per Syncopen elisi.
Nominibus vero in regimine positis ordinarie וְ articuli
præfigi non solet. Conf. Summe Reverendus Dn. DAN-
ZIUS Interpr. §. 57. edit. maj. Quæ cum ita sint, versio-
nem

nem J.B. LUTHERI exosculamur: So ruhet die Sonne
für der Thür. *Ad ostium peccatum cubat.*

S. XVI.

Equidem me non latet, hanc versionem multis non arridere, discrepantiam generis vocabulorum, ^{אַתָּה} atque ^{רַב־} causantibus, quorum hoc masculinum, illud semper fæmininum esse credunt. Ut vero istud declinent dubium, non una omnes incedunt via. Dantur haud pauci, præfixum ^{וְ} ante ^{רַב־} supplentes: *ad ostium est peccatum* כִּרְבֵּן SICUT CUBANS. (animal.) Vide TARNOVIUM Exercit. Bibl. p. 362, OLEASTRUM & SCHMIDIUM l. c. CLERICUS autem *Comment.* in h. l. tuetur versionem LXX. Interpretum, ^{וְ} ^{רַב־} reddentium: οὐχαστον quiesce, existimans, illos vel ^{רַב־} in imperativo legisse, vel participium loco imperativi habuisse in lingua, cuius modi ^{וְ} tempora passim confunduntur, vel ^{וְ} תחו subintelligendum judicasse: ^{תְּהִי} ^{רַב־} esto quiescens. Cumque apud Arabes ^{רַב־} sit expectare, hunc significatum nostro loco non male convenire, credit. Sed neutra explicatio textui Ebræo satisfacere videtur. Ad priorem enim quod attinet, supplementum sine urgente causa non est textui adjiciendum; hoc ^{וְ} particulæ similitudinis supplementum tanto minus, quanto magis id accentibus Ebræis refragatur. Sic enim ^{וְ} ^{חַתָּאת} cum voce לְפִתְחָה arctius cohæreret, quam cum participio ^{רַב־}, & per consequens non cum sequente; sed cum antecedente vocabulo connectendum fuisset. Et hæc ultima ratio quoque obstat, quo minus ad stipulari queamus celeberrimo CLERICO. Ille enim cum suis LXX. Interpretibus hic plane turbat integrum accentuum ordinem, quicquid cæteroquin sit de conjecturis, quibus colorem erroneæ versioni inducere cona-



conatur, quas examinare, non fert instituti nostri ratio. Neque enim sufficit, hic investigare, quem in animo sensum habuerint ἀ εβδομήνοντα; sed quaeritur: an simpliciter Græcæ versionis sensus, quicunque de-
mum sit, textui tamen Ebræo, vocalibus accentibus
que animato, minime consentaneus alii, quem verba
fontis Ebræi suppeditant, præferendus sit? Neque
tanti momenti est objectio de generis diversitate, quam
in רַבָּת חֲטֹאת & voce רַבְץ invenisse sibi videntur contra-
sentientes. Ad illam enim à variis varie jam respon-
sum, licet non ab omnibus æque felici successu. Au-
tor libri, בֶּרֶאשִׁית רַבָּא dicti, singularem Emphasim
in hac generis differentia quaerit, eandem hic reperiri
autumans, כִּי בְּתַחְלָה הוּא חַלֵּשׁ כְּנַקְבָּח וְאַחֲרֵן כִּנְבָּר
quod initio illud (peccatum) debile
sit sicut femina, postea vero invalescat ut Vir. Sed hanc
subtilitatem Rabbinicam suis Autoribus relinquendam
esse, non immerito judicant plurimi alii, observantes,
enallagen generis in S. Codice non infrequentem esse,
& hoc casu ad vocabulum cognatum respici, v. gr. hoc
loco ad יְמִין vel חַנָּה, vel ad דְּבָר חַטָּאת sive
מַעֲשָׂה חַטָּאת. Mihi quondam in mentem venit, פְּתַח cum masculino
construi, quia hic instituitur comparatio pec-
cati cum כָּלֵב (quod vocabulum generis Masculini
est) cane cubante & deinceps profliente, ut adeo sic con-
structio non ad sonum vocis חַטָּאת; sed ad sensum ta-
cite subintellexi vocabuli כָּלֵב facta esset, quo tertium
comparationis, in propositione hac impropria & meta-
phorica פְּתַח חַטָּאת לְפַתֵּח רַבְץ peccatum ad fores cubat: latens,
tanto facilius erui posset. Neque adhuc dum pudet
me hujs conjecturæ, quam illis satisfacere posse cre-
diderim, qui mordicus defendant, תְּנַח חַטָּאת alias semper
generis fæminini esse. At vero falsum esse hoc asser-
tum

tum HIERONYMUS *Trad.* in Gen., MARINUS in *תְּבַת נֹחַ Arca Noe* & in primis B. HACKSPAN *Miscell.* l. c. §. XVIII. p. 65. non abs re observarunt, חטאָת genus masculinum non penitus respuere, intrep de pronunciantes. Præter nostrum locum, ubi unico versu ter masculinum illi adj citur, in vocibus, תְּשִׁקְתּוּ רַבֵּץ & בָּוּ pro horum sententia militat Amos. V. 12, ubi pluralis חֲפָאֹת cum masculino: עַצּוּמִים construitur. כִּי יְדֻעַּתְּךָ רַבִּים פְּשָׁעֵיכֶם וְעַצּוּמִים חֲטָאתְךָ nam novi multas prævaricationes vestras & ingentia vestra peccata. Cui loco addi merentur sequentia: Lev. IV. 24. & Lev. V. 9. חֲטָאת הַזֶּה sacrificium pro peccato hoc est. Optime LUTHERUS: Das ist das Sünd-Öpffer. Licet enim nomina in fine per τὰ aucta ordinarie generis fœminini sint, ab hac tamen regula quædam excipienda esse usus comprobatur. Sic נָחָת Ezech. I. 7. נָחָת קָלְל ceu color aris tereti, it. קָשָׁת (quod FORSTERUS satis convenienter à radice שָׁר deduxit,) 2. Sam. I. 22. קָשָׁת יְהוֹנָתָן לְאַת נָשָׂוֹ אַחֲרָיו arcus Jonathani non aversus fuit retrorsum. Quidni & nostrum חֲטָאת? Si jam lector benebole, tuo digna judices calculo, quæ paulo ante de בְּלֵב cane, cui peccatum confertur, in medium attulimus, facile patebit ratio, cur h. l. non fæminum, (cui frequenter alias jungitur;) sed masculinum genus nostro חֲטָאת adjicere placuerit Spiritui S.

§. XVII.

His expeditis: integra phrasis: אל פְּתַחְ רַבֵּץ consideranda erit. Ad ostium cubare h. l. non idem est ac in propinquuo esse, in qua opinione versantur, qui חטאָת de poena peccati accipiunt. Vide §. XII. Aliud enim est esse ante fores, seu stare ante fores; aliud ad fores cubare. Illud quidem sape approximationem rei vel

E

per-

personæ, hoc autem veram jam præsentiam infert, & plus dicit, quam illud. Nimirum qui stat ante fores, ibi ordinarie non manet, sed ædes intrare cupit. Qui vero cubat ad fores, (in primis intus) ulterius progre- di non optat; ut pote, in illo loco, quo esse voluit, jam existens. Neque *cubare ad ostium* h. l. idem est ac ma- nifestari, quemadmodum judicavit B. VARENIUS *Dec. Mos.* p. 399, secundum quem שָׁתַח & לִפְתָּח שָׁתַח tectionem seu remissio- nem peccatorum notet, phrasis vero *ad fores cubare*, manifestationem peccatorum significet. Unde, & Vir B. non improbavit παραφεσιν. CHALDÆI, וְאֵם לֹא חֲוִיטֵב טוֹבֶד לְיָסֵד רִזְנָה חֲטָאָךְ נְטִיד דְּעַתִּיךְ Si non bonum reddis opus tuum, in diem judicii peccatum tuum servabitur, ut vindicta sumatur de te. Quando enim die extremo vindicta sumetur de pec- catoribus, peccatum impiorum retegetur, prouti & פְּרַץ, quo verbo usus est CHALDÆUS, notat *nudare*, *detergere*, *detegere*. Nam nec hac ratione vis atq; emphasis verborum פְּתַח וְכֹל satis exprimitur. Verbum וְכֹל ut plurimum de quadrupedibus usurpatur e. gr. de gregibus quiescentibus *Gen. XXIX.* 2. *Jer. XXXIII.* 12, de pardo apud hædum cubante *Ez. XI.* 6, de cu- bante vitulo *Ez. XXVII.* 10, de asino sub onere cuban- te *Exod. XXIII.* 5, de Bileami asina, ex terrore pro- cumbente *Num. XXII.* 27, de leone, securè ac quiete, dormiente *Gen. XLIX.* 9. Unde rectius alii hanc lo- cutionem metaphoricam, atque de cane, ad ostium, cubante, desumtam esse, observarunt. Ut vero ter- tium comparationis inter peccatum & canem, quatenus ad ostium cubat, accuratius evolvatur, notanda sunt momenta sequentia: 1) Canis non semper extra- osti-

ostium; sed intus ad ostium, si vestibulum spectes, frequentissime cubare solet, atque avertere, ne peregrini domum ingrediantur. 2) Ejusmodi canis ad ostium cubans domum quasi in sua potestate tenet, ingressuros vel morsu, vel saltam latratu ab ædibus abigens, aut, si sileat, intromittens. 3) Canis ad ostium cubans, saepe somnum aliquamdiu simulat, nonnunquam etiam in angulo latet, ut primo intuitu eum vix observaveris, verum mox ex improviso surgens, hominem adoritur. Nunc jam facile constare poterit, quid sit peccatum ad ostium cubans. Ostium est cor humanum, quod sub schemate janæ etiam nobis exhibetur Apoc. III. 20. ἕστηκε ἐπὶ τὸν Θύραν, καὶ πέρα, εἰς τὸν ἀκάστη τῆς Φωτὸς με, καὶ ἀνοίξη τὸν Θύραν, εἰσελεύσομαι πέρος ἀντὸν Ad ostium cordis cubat peccatum proætericum instar canis 1) non extra cor, sed in ipso corde latens, ac avertens, ne fides aliisque boni motus, quos Deus in homine excitare paratus est, cor ingrediantur. Fides enim & peccatum proætericum simul in uno eodemque Subjecto consistere nequeunt, τίς γὰρ μεῖοχὴ διπλοσύνη καὶ αὐτοίᾳ, τίς δὲ κοινωνία Φωτὸς πέρος σκόπος; τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πέρος βελίαλ; 2. Cor. VI. 14. 15. 2) Ejusmodi peccatum ad ostium cordis humani cubans in sua potestate habet, cor hominis, & dominium in illo exercet, unde & hujus farinæ homo servus peccati audit Rom. VI. 17. 3) Peccatum hoc non semper statim in actus erumpit externos; sed ad tempus in corde quiescit, & instar canis sopiti somnum quasi simulat, mox tamen ex improviso hominem adoritur, & per actus externos satis superque se manifestat. In specie ut ad Cainum descendamus, cum ille non benefaceret; sed sine fide suum offerret sacrificium, Deo omniscio, intimas cordis rimas perscrutanti, hypocrisi sua glaucoma objecturus,

E 2

hæc

hæc ipsius ~~axis~~ fœda peccatorum proæreticorum ma-
ter evasit. Præ reliquis in ipso peperit odium erga
fratrem, quod cor Caini ingressum, instar canis ad
ostium cordis cubabat, altasqve in ipso radices agens,
Cainum possidebat, & in illo dominium exercebat,
neque fidem, neque alios bonos, quos Deus in corde
eius excitare volebat, motus intromittens. Quomodo
enim odium erga fratrem, odium ad cædem alliciens,
cum fide consistere potest? *Qui odio habet fratrem suum,*
ambulat in tenebris I. Joh. II. 11, & per consequens fi-
dei lumine caret: *Quicunque non diligit fratrem suum, ille*
manet in morte (spirituali) I. Joh. III, 14, atque cum
Paulo dicere neqvit: *εν τηι ηγετη Gal. II 20.* Denique hoc
erga fratrem odium ad tempus quidem ad ostium cor-
dis Caini instar canis sopiti quiescebat, nec illico per
homicidium in actum erumpebat. Quin adeo in ex-
tremo cordis Caini angulo absconditum ac quietum la-
tebat, ut ipse Abel nequaquam illud animadverteret,
teste amico illo Caini & Abeli colloquio vs. 9. h. c.
Verum non diu ita quievit ad ostium cordis Caini hoc
odium; sed mox per fraticidium erupit. Cæterum
simul & hoc observandum, hominem, ad cuius cordis
ostium peccatum voluntarium instar canis cubat, ne-
quaquam exorrecta fronte cœlum intueri posse, quo-
niam semper mala premitur conscientia, & non sine
causa veretur, ne canis hic rabidus, licet aliquantis per
placidus manserit & quietus, insurgat. Unde jam am-
plius obscurum esse neqvit, qvare hic sibi invicem op-
ponantur *תְּאֵשׁ elevaratio vultus*, qvæ homini pio adscribi-
tur, & *רְכָב לְפָתָח נְאֹתָן peccatum ad ostium* (instar ca-
nis) *cubans*, qvod impio assignatur. Sed luculentius
adhuc nostram expositionem confirmabunt seqven-
tia:

and

¶ H

§. XVIII.



§. XVIII.

וְאֵלֶיךָ תִּתְּשׁוֹקֵר וְאַתָּה תִּמְשַׁל בָּיו : Sed ad te erit cursus ipsius: Tu Ergo dominare illi. Anteqvam singula verba, difficultatem aliquam præ se ferentia percurramus, necesse erit, ut qvæstionem hanc accurate evolvamus: quorū suffixa in nomine תשׁוקְר וְוּכוּלָה referenda? Haud pauci magnæ inter eruditos estimationis Viri, ne ῥְבָה genus ~~f^{masc}~~ adscribere cogantur, suffixa hæc ad Habelem referunt, arbitrantes, his verbis de prærogativa primogenituræ, qua Cain præ Habele pollebat, sermonem esse. Ita CALVINUS, PISCATOR, TOSSANUS, FAGIUS, JUNIUS, VATABLUS, RIVETUS, BERTRAMUS, GROTIUS, HEIDEGGERUS & CLERICUS, è nostris B. TARNOVIUS, SAUBERTUS, NOLDIUS l.c. p. 824 seq. Dn. D. DANZIUS, Interpr. §. 193. m. III. n. 2. lit. E. in not. p. 326. edit. plen, nec non WITTE-RUS Comment. in Gen. Antesignanos hi habuere LXX. Interpretes, locum ita vertentes: καὶ πρὸς τε ἀπορεοφῆντας καὶ σὺ ἀρέεις αὐτᾶς, & qvosdam è Judæis teste ABEN-ESRA, verbis §. XIV. allegatis. Illi tamen qui ad Abelēm hæc referunt suffixa, non unam argumenti vim faciunt. Sunt, qui hæc verba ita exponunt: Interim ad te est conversio ejus, (vel: sub te est appetitus ejus,) & tu dominaberis illi, h.e. non excidisti jure dominandi in fratrem tuum natu minorem. Quamvis ejus ego sacrificium respexerim & meum erga ipsum favorem testatus fuerim, tamen non eximi eum juri tuo. Itaque is etiam in posterum tibi serviet, te verebitur, sicut facere decet natu minorem. Confer HEL-DEGGERUM & NOLDIUM l.c. Multi ita: Præterea ad te benevolentia seu reverentia & cursus ejus (fratris Abellis nequa-

nequaquam inde favore meo elati) an tu dominaberis ipsi?
 (i. e. an primogenitura usq; tua adeo abuteris, ut in fratrem
 minorem servias seu servum? memineris, fratrem esse, non
 mancipium.) Vide DANZIUM, SAUBERTUM,
 WITTERUM, aliosqve. Verum enim vero, qvæ
 cunque demum alteri præferenda sit interpretatio, si
 rem remoto omni autoritatis præjudicio examinemus,
 non possumus non ingenue fateri, omnes istos, qui
 suffixa hæc ad Abelem referunt, textui vim inferre &
 verba divina obscuritate ferme ineluctabili involvere.
 Nam in tota hac, qvam ad Cainum direxit Deus, ora-
 tione, nulla prouersus expressa mentio est facta Abelis;
 Qvomodo igitur suffixa illa ad Abelem obtorto rapi
 possunt collo? maxime, cum diserte textus mentionem
 injecerit τὸν περὶ, cui hæc prædicata æque bene,
 ne dicam longe melius, applicari possunt, qvam Abeli.
 Haud ignoro, PAREUM excipere, Deum esse καὶ οὐ γένος
 τον, qui ad cor Caini orationem direxerit, in quo latuerit
 fratris odium, atque adeo expressa non opus fuisse mentione
 fratris. Verum huic exceptioni solide jam B. HACK-
 SPANIUS §. XXVIII satisfecit, præclare monens,
 qvod, si vel maxime ad cor Caini orationem direxisset
 Deus, nomine Abelis suppresso, Moses tamen ductu
 Spiritus S.; citra dubium loco pronominum substituis-
 set nomen Abelis vel fratris, utpote perspicui historici
 officio functus. Nam hæc propter nos scripta sunt,
 adeoque Scriptoribus S. mentem Dei ita exprimere
 moris est, ut eam ē verbis textus perspicere queamus.
 Qvin, cum alibi Moses in ejusdem historiae serie, ubi
 nullum remanere poterat dubium, de qvo sermo ha-
 beatur, nomina Abelis fratrisque expresse addat vers.
 9. & 10. h. c., qvam ito magis h. l. id fecisset, ubi remo-
 ta voce τὸν περὶ, oppido obscurum manet, cuinam Sub-
 jecto

jecto hæc applicanda sint Suffixa. Longe igitur rectius alii emunctioris naris Interpretes hæc pronomina suffixa ad nomen proxime præcedens נַאֲתָן referunt. Sic sentiunt e Patribus AUGUSTINUS de Civitate Dei L. XV. c. 7, GREGORIUS M. Moral. L. IV. c. 12. AMBROSIUS L. II. de Caino c. 6, & HIERONYMUS quæst. Ebr., citati à B. CALOVIO Bibl. Illustr. in h. l. ; e Judæis RASCHI, ita in locum nostrum commentatus : וְאֶלְךָ תִשׁוּקְתָּר שֶׁל חַטָּאת יָצֵר הָרָע תָמִיד שׂוֹקֵק זְמַתָּאוֹה לְהַמְשִׁילָן : וְאַתָּה תִמְשַׁל בָּךְ אָם תְּרַצָּה מַתְגַּבֵּר עַלְיוֹן : Et ad te appetitus ejus : nempe peccatis, pravi figuranti, q[uod] semper appetit & concupiscit, tibi dominari. Sed tu dominaberis ei: si volueris, poteris peccato prevalere. It. ABEN-ESRA scribens: כי היצר ישוב אל משפטך בראצונך זם יט ב כוח למשל בך Nam figuratum (pravum) converteret se ad obediendum tibi pro beneplacito tuo: etiam in te est facultas imperandi ipsi. Denique e nosris Theologis B. LUTHERUS, GESNERUS, RUNGIUS, GERHARDUS, OSIANDER, VARENIUS, HACKSPANIUS, SCHMIDILIS, CALOVIUS, Comment. in Gen. Bibl. illustr. p. 256. seq., PFEIFFER US Dub. Vex. in h. l. & Dn. D. BUDDEUS Hist. Eccles. P. I. p. 148.

§. XIX.

Cum igitur fixum maneat ratumque, suffixa in vocibus תשׁוּקְתָּר & בָּךְ nequaquam ad Abelem; sed ad נַאֲתָן referenda esse, jam ipsa verba divina überiorum merentur illustrationem. Sistitur nobis hic consilium seu præceptum divinum, injungens Caino dominium in peccatum, præmissa ratione gravissima,

q[uod]

qvod, etiam si peccatum, instar canis somnium simulantis, ad ostium cordis, ad tempus requiescat, mox tamen erupturum sit, & Cainum invasurum; opus igitur esse, ut in tempore Cain dominetur peccato, & c. nem hunc furiosum ope Spiritus S. coercent, & abigat. Rationem iam modo dictam exhibent nobis verba sequentia: וְאֵלִיךְ תָשׁוּקָה Qvæ ita reddimus: Sed ad te cursus ejus (erit.) Præfixum in voce וְאֵלִיךְ hic nobis non est copulativum; sed adversativum, qvo sensu omnibus fere S. S. Pandectarum paginis occurrit, adeo ut otio abuteremur, si farraginem exemplorum hunc significatum stabilientium, impræsentiarum cumularemus. Particulam נַע haud pauci redundat sub, maxime illi qvibus תָשׁוּקָה appetitum, desiderium notat. Sic VULGATUS: Sub te erit appetitus ejus. Cujus versionem defendit NOLDIUS p. 823, qvamvis Suffixa ad Abelem detorqeant. Verum rarissima, ned dicam suspecta hæc est particulæ נַע significatio. Exempla, qvæ stupendæ diligentiae Autor Conc. Part. p. 64, pro hac significatione adduxit, partim oppido falsa sunt v. gr. Gen. III. 16. de qvo loco deinceps; partim dubia e. gr. Esth. II. 3. 8. 14, ubi phrasin אֶל DRUSIUS longe rectius reddidit: in manum, i. e. in curam, & tutelam, qvam NOLDIUS sub manu. Unde merito cum aliis freqventiori particulæ נַע significati hinc inhaeremus, nostrum נַע reddentes: ad te, qvemadmodum & LXX. τοῖς σε.

§. XX.

Majori premitur difficultate vocabulum תָשׁוּקָה. circa qvod anxie laborant Interpretes. Evidem omnes & singulas illorum sententias prolixè examinare, non permittunt angusti, qvibus circumscribimur, brevitatis

tis cancelli. Palmariæ tamen ad duas potissimum revocari possunt classes. Primo, qvoniam verbum קַו in Piel significationem desiderandi, appetendi, nonnullis locis infra citandis habere videtur, non defunt, qui præeunte KIMCHIO קָוְתִּים reddunt appetitum, desiderium, & hi, si NOLDIUM paucosque alios exceperis, suffixum ad peccatum referunt, licet ratione sensus integræ propositionis non conspirent. Illorum enim aliqui ita explicant locum: *Sub te sit appetitus ejus*, h.e. appetitus peccati non tibi dominetur; sed sub tuo dominio sit, juxta qvam sententiam verba ultima: וְאַתָּה תִּמְשַׁל בְּיֹהוָה priorum continent. Ita fere B. noster LUTHERUS. Alii tamen hoc modo verba Dei accipiunt: *Ad te desiderium (appetitus) ejus (peccati)* ad cædem te alliciens, h.e. caro concupiscit adversus Spiritum, & in te dominium affectat; sed tuum est vincere & dominari carni seu peccato. Vide MUNSTERUM & MERCERUM in h.l. Tandem nonnulli, qvoniam קַו, unde קָוְתִּים suam dicit originem, interdum notat currere, discurrere, hunc significatum amplectuntur, qibus קָוְתִּים est benevolentia, reverentia, sive accusus ex benevolentia & reverentia erga alium proficiscens, qva permotus inferior libenter ad nutum superioris accurrit. Confer TARNOVIUM, DANZIUM, CLERICUM, WITTERUM aliosque. Et qvi hanc tuentur significationem, ad Abelem suffixum trahere solent, juxta ea, qvæ §. XVIII. diximus, nisi qvod COCCEJUS Lexico, qvod T. X. Opp. reperitur n. 872. קָוְתִּים reddens accusationem, ita locum interpretetur: ET AD TE ACCURSATIO EJUS i.e. tibi se insinuat, tibi praesto est & ad blanditur peccatum. Verum enim vero nos quidem suo sensu abundare quemlibet libenter patimur, attamen nostrarum esse partium

F

non



non ducimus, in Interpretis humani, utpote nullo infallibilitatis privilegio prædicti, verba jurare. Veniam igitur à Lectore benigno facile impetraturos nos esse, confidimus, si nostram sententiam de loco hoc vexato cordate feramus. Nobis תשוקה non denotat appetitum, desiderium, aut simile quidpiam, qvia nec etymologia vocis huic significationi favet, nec præmissa particula ליל eandem admittit. Sive enim reddideris, sub te sit appetitus, sive ad te est appetitus peccati, utrobiq; dubia te circumstabant ineluctabilia. Ibi enim gravissimum probandi onus tibi incumbet, וְלֹא sub significare. Hic insolentem phrasin vix excusabis: peccatum habet appetitum ad hominem. Eqvidem Paulus afferit, Gal. V, 17. carnem concupiscere adversus Spiritum; sed hæc phrasis luctam carnis & Spiritus in regenitis se exferentem describens, profecto non æqvipollit huic loquendi formulæ: peccatum appetitum habet erga vel ad hominem iregenitum, qualis erat Cainus. Non enim peccatum hominem; sed homo peccatum appetit. Neque vocabulum appetitus ad canem ad fores cubantem, dominumque cordis jam tenentem, satis quadrare videtur. Igitur in tantum veritati proprius accessere TARNOVIUS, CLERICUS & reliqui, in quantum תשוקה ipsis est cursus, accursus, quamvis cursum hunc cum benevolentia & reverentia pessime confundant, & suffixum hujus vocis ad Abelem trahant. Longe proinde rectius COCCEIUS תשוקה accurbationem peccato adscripsit, licet eundem hac in parte centrum veritatis vix attigisse censem, qvod hanc accurbationem de blanditiis peccati interpretatus sit. Oppositio enim hic instituitur inter canem peccati ad tempus ad ostium cubantem, & ita mox currentem, ut nisi dominum in illum homo exerceat eundemque abigat, sumnum ipsi ex

accur-



accursu hujus canis immineat periculum. Unde, si dicendum quod res, hic potius hujus propositionis; וְאַל־תִשׁוּחֵנִי Ad te vero erit cursus ejus sensus esse videtur: Peccatum, quod haec tenus ad ostium instar canis quieti in latebris cubuerat, mox te incurret, in actum externum erumpet, ad sanguinem fratris insontis effundendum te inflammabit, atque adeo (nisi per gratiam Spiritus S. ei serio resistas) morsu suo gravissimum conscientiae tuae vulnus infliget. Quæ omnia tristis comprobavit exitus. Fallor, aut nonnulli nostrorum Theologorum eundem fere sensum virtualiter in textu latere, & καὶ διάνοιαν ex his verbis eliciendum esse, jam animadverterunt, quamvis ipsum formaliter & καὶ τὸν in voce וְאַל־תִשׁוּחֵנִי reperiri, non distinete satis indicant. Vel unum adduxisse sufficiet magni nominis Theologum, B. LUCAM OSIANDRUM Not. Germ. in b.l. ita commentantem. *Wirst du unbüßfertig und ohne Glauben bleiben, und fortfahren böses zu thun, so wird zwar deine Sünde, eine Zeitlang wie ein Thier, das eingeschlafene ist, rubig und still seyn: das ist: du wirst in deinem Gewissen nicht bald zu Anfang empfinden, wie gross die Sünde sey: Weil sie aber für der Thür, und also an einem öffentlichen gangbabren Oer liegt, wird sie nicht alwege ruben; sondern endlich NB. auffwachen, dir nach der Gurgel greiffen, und dich in Verzweiflung stürzen wollen. Darum widerstehe dem Hass und Neyd bey Zeiten, den du wider deinen Bruder tragest, damit die Sünde dich nicht überwinde: und du darinnen durch Verzweiflung verderbest.*

§. XXI.

Sed ne ea, quæ de voce וְאַל־תִשׁוּחֵנִי monuimus, gratis dixisse videamus, enī idoneas rationes, quibusjam sufficientendum est assertum nostrum: וְאַל־תִשׁוּחֵנִי reddendum esse

F 2



esse cursum, accursum. Initio pro nobis militat radix שׁוֹק, unde nostrum תְּשַׁׁקָּה. Hoc verbum currendi significatu gaudet, non secus ac פֶּקַד. Verba enim, Geminantia Ajin & Qviescentia Ajin suas significaciones (æque ac interdum formas) confundere solent, quod צָרָר & צָרָר, הַמֵּט & הַמֵּט, סָרָר & סָרָר, רַשְׁׁשָׁה & רַשְׁׁשָׁה, רַמְּסָה & רַמְּסָה (ne de aliis dicam) luculenter declarant. De sensu verbi פֶּקַד nullum prorsus dubium. Loca enim, qvæ currendi discurrentive significatum nobis exhibent, sole meridiano clariora sunt, scilicet Es. XXXIII. 4. Joel. II. 9 Nah. II. 5. & Prov. XXVIII. 15. Conferatur GVILIELMUS ROBERTSON The sauro Lingue Sancte p. 1269. Idem vero pronuncian dum de themate פֶּקַד. Equidem in kal hoc verbum non occurrit, attamen in Hiphil & Piel. In Hiphil idem est ac currere, excurrere. Usurpatur enim de torcularibus præ redundantia excurrentibus Joel. II. 24. זה יוציאו וְהַשִּׁיקוּ הַיקבִים תִּזְרֹעַן EXCURRUNT torcularia musto & oleo. Eadem phrasis legitur Joel. IV. 13. In Piel autem verbum שׁוֹק idem esse, ac excurrere appetitu i. e. desiderare, notant Lexicographi. Vide STOCKIUM Clav. Lingua S. p. 786, Et huc vulgo referunt: Psal. LXV. 10. Psal. CVII. 9. & Es. XXIX. 8. Verum nec hæc loca desiderandi significatum clare satis evincunt. Psal. LXV. 10. פְּקַדְתָּ הָרָץ וְתִשְׁקַקְתָּ cum COCCEIO reddi commode potest: Visitas hanc terram & obis eam (discurris per eam) i. e. non obiter eam visitas; sed penitus, ut solent illi, qui inspectionem solicitanique loci alicujus curam gerunt. Ps. CVII. 9. & Es. XXIX. 8. נַפְשָׁ שְׁנַקְקָר COCCEIO est anima palpitans, subfultans, crebrum Φυγμὸν (debilitatem, ardoremque in sanguine ostendentem) babens. Sin hæc non pla-



placeant, benevolo Lectoris prudentis judicio discutiendum relinqvo, anne forsan verba Ebræa Psal. CVII. 9, כִּי הַשְׁבֵּעַ נֶפֶשׁ שׂוֹקָרָה sic vertere liceat, nam saturat animam discursitatem (per plateas & panem quærentem.) Nam per ἀπόγνωσιν τηρούμενης statim vocatur נֶפֶשׁ רֻבָּה anima famelica. Et sic cum loco isto conferendus esset Psal. XXXVII. 25. Non vidi justum, derelictum, וּרְשֵׁא מַבְקֵשׁ לְחֹתֶן quamvis semen ejus querat panem. In quæ verba legi meretur B. PFEIFFERUS Dub. Vex. p. 589. Eadem fere ratione Es. XXIX. 8 rediderem: Erit inquam ac si somniaret famelicus, quod ecce comedat, quum autem expurgescitur, vacua est anima ejus, & quasi somniaret sitiens, quod ecce bibat, expurgatus autem delassatus est, וְזַנְפֵשׁוּ שׂוֹקָרָה anima ejus discurrit. (ad aquam hauriendam.) Notandum enim, ut his locis omnino per Synecdochen partis pro toto, pro homine ponи, prouti Gen. XII. 5. XIV. 21. XLVI. 15. 26. 27. Levit. II. 1. V. 2. 4. Num. XXIII. 10. Jos. XX. 3. Ps. XI. 1, & alibi passim. Hæc tamen hæsitabundus, rectiora cum ratione monentibus, facile locum daturus. Sed ponamus tandem, locis illis tribus Ps. LXV. Ps. CVII. & Es. XXIX. verbum פַּשׁ idem esse ac appetere, desiderare, (desiderio excurrere,) hæc tamen in propria thematis foret significatio, quæ utique proprie præjudicare non posset. Currendi enim significatum proprie sustinere hoc thema, præter loca Joel. II. 24. & C. IV. 13. paulo ante in medium prolata, omnia derivata manifeste docent, v. gr. פַּשׁ PLATEA (vel, ut alii,) vicus, forum: Prov. VII. 8. Eccles. XII. 4. 5. Cant. III. 2. sic dicta, quod homines ibi concurrant vel per ea discurrant, item פַּשׁ crus vel FEMUR, gressus cursusque organum Exod. XXIX. 27. Lev. VII. 32. 33. & ali-

meli ritiv

F 3

& ali-



&c alibi, qva de voce confer GUSSETIUM p. 843.
Qvidni & nostrum תְּשׁוֹתָה!

§. XXII.

Profecto hoc nomen *cursum*, in specie *accursum* (siqvidem Ebræi nec verbis, nec nominibus compositis gaudent, sed eorum loco simplicibus utuntur) notare, ulterius inductio locorum, ubi reperitur, comprobat. Præter dictum nostrum in fonte Ebræo bis legitur, Gen. III. 16. & Cant. VII. 11. Priori loco Deus ita Evam alloquitur. וְאֵל אִישׁ תְּשׁוֹתָה וְהָוָא יִמְשַׁל בָּנָךְ
Et ad Virum tuum erit cursus (*accursus*) ^{רָגִעָה}, *ε* ille dominabitur tibi. Probe qvidem mihi cognitum est, & perspectum, multos & hic desiderium, appetitum quæsivisse, locum reddentes: *Et sub Viro tuo erit appetitus tuus*. Vide NOLDIUM p. 64. & B. SEB. SCHMIDIUM *Annot. in Gen. p. 42*, vel, qvæ versio aliis arridet: *ad virum tuum erit appetitus tuus*, appetitum hunc explicantibus de appetitu conjunctionis cum Viro ad sobolem procreandam, quam sententiam tuentur R. DAVID KIMCHI & BELLARMINUS de A. G. D. c. XI. Verum nec illi, nec hi loco huic satisfaciunt. Non illi, qvia ordinarium particulæ נֶזֶר significatum prorsus deserunt, nec hi, qvoniam non attendunt, Deum pœnam irrogare mulieri propter lapsum antegressum. Appetitus vero muliebris erga Virum ejusque cohabitationem in ipso integratis statu quoque locum habuisset, vi benedictionis divinæ Gen. I. 26. *Crescite & multiplicamini*. Taceo, post lapsum Viris quoque desiderium naturale & appetitum erga uxores istarumque consuetudinem inesse. Ut adeo juxta illam expositionem verba divina, nullam propriam, fœminarum pœnam, nihilque vel ad virilem

virilem eminentiam, vel ad muliebrem submissionem pertinens, designarent. Hinc acqviſendum omnino in illa ſententia, תשוקה Gen. III. 16. curſum notare. Neque tamen credendum, ſub nomine curſus hic unice recurſum, receptum aut per fugium intelligendum eſſe, qvæ eſt ſententia NICOLAI FULLERI Miscell. S. L. III. C. XV, qvafī dicere vellet Deus: quoniam natura vas infirmus eſt, conſilioq; minus polles ad reſ gerendas, ad opem & auxiliū Viri tui confugies, ut in iſius tutela lateas ac prefidio: Nam ſic inſigne Evæ promitteretur bonum, cum tamen meras loqvantur combinationes, cum qvæ immediate præcedunt, tum qvæ ſeqvuntur. Potius hic curſus vel accurſus ad mulieris ſubjectionem & submissionem, marito ſuo tanquam Domino debitam, trahendus eſt. Qvia enim ſervorum eſt, ad heros currere, ut illorum mandata percipient & prompte exſequantur, obedientia Evæ, Viro ſuo ſubiectæ, nomine curſus exprimitur, curſusque mulieris ad eum futurus eſſe dicitur, cui obſeqvium ex Lege Divina à muliere prefandum erat. Hanc eſſe Dei mentem, oſtendit ימְלָךְ וּמְלָכָה, qvæ ſequitur: ימְלָךְ בֶּן ille dominaatur tibi. Vide CLERICUM Comment. in Gen. p. 33. Propterera Vetus Interpres Latinus παραφεατικῶς locum hunc reddidit: Sub viri potestate eris. Et ſæpius nobis laudatus ABEN-ESRA per תשוקה מſムעת obedientiam explicat hoc ſenu: תſמנו כל אשר רצוחה עליך כי חפאת ברשותו לעשׂות audias, quæcunque præcipiet ebi, nam in potestate ejus eſt, ut facias quæcunque ipſe placuerint. Reſtat locus alter, quo præter noſtrum, תשוקה occurrit, paucis conſiderandus, Cant. VII. 11, ubi Ecclesia de ſponſo ſuo cæleſti Christo ait: אני לדורי ועלי תשוקתו Ego amici mei (ſum;) Et ad me eſt curſus illius. Particula נל ſæpe eodem modo, qvo אל usurpatur,

tur, accessionem & adjunctionem notans. Sic 2. Sam. XV. 4. וְעַל־יְבוֹא כֵּל אֶת־*AD me veniat omnis homo.*
 Mich. IV. 1. וְנִהְרֹו עַל־זָמִן *confuent AD EUM*
populi: item 2. Reg. XXV. 20. וַיַּלְךְ אֶת־הָמָם עַל־מֶלֶךְ בָּבֶל
& deduxit eos AD Regem Babyloniae. Ut adeo hic indicetur arctissima, quæ inter Christum & Ecclesiam intercedit, conjunctio, cuius vi sponsus cœlestis semper præsto est suæ sponsæ, & in omnibus calamitatibus prompte ei accurrit ad auxilium ipsi ferendum, neq; ullo modo se à sponsa sua (nisi ipsa eundem malitiose deserat Es. LIX. 2.) divelli patitur. Egregie noster LUTHERUS: Er hält sich auch zu mir. Haud ignaro, plurimos ita reddere istum locum: *Ego amici mei sum quandoquidem erga me est desiderium ejus.* Verum quemadmodum ista versio erronea vocis תְּשׁוּקָה acceptione unice mititur, cui nec proprius radicis πίπη significatus, nec vocabula cognata, nec loca parallela facient, ita in nostra versione nihil jure merito desiderari poterit. Atque sic a bunde, ut spero, evictum, תְּשׁוּקָה locis parallelis eundem, quo nostro loco gaudet, nimirum CURSUS, ACCURSUS significatum sustinere. Esto, finem currentium pro diversitate Subjectorum, quibus hoc assignatur prædicatum, varium esse: Esto Evam accurrere, ut Viri sui imperia expectet; Sponsum vero cœlestem accurrere, ut curas sponsæ suæ svavissimo levet solatio, denique peccatum instar canis accurrere, ut homini morsum infligat; tantum tamen abest, ut diversi hi speciales currentum fines generalem vocis תְּשׁוּקָה significatum, cursum, accursumque involventem tollant, ut potius eundem confirment & illastrent.

§. XXIII.

§. XXXI.

Ne vero existimes, illam, quam voci תְשׁוֹקָה adscriptimus, significationem heri demum vel nudius tertius excoxitatam esse, provocamus ad LXX Interpretes, cana antiquitate venerandos, qui, nisi augurium animi me prorsus fallit, eundem in mentibus habuisse videntur significatum, licet ipsum nostro loco non rite applicuerint, Abeli adscribentes, quod peccato vindicandum erat. Hi enim Gen. III. 16. non secusac in nostro oraculo pro προσφητῇ substituerunt: ἀποστολὴ, & Cant. VII. 11. ἐπιστολὴ. Evidem quid intenderint locis prioribus cum sua ἀποστολὴ, non omnes assentientur. Prodeat in scenam Vir doctrina & ingenio præstantissimus, JOH. CLERICUS *Comment. in Gen.* p. 33. scribens: *LXX Interpretes habent hic ἀποστολὴ, quod cum non conveniat cum vocis, que in Codicibus nostris legitur, significationibus; suspicor, eos aut leguisse, aut legendum censuisse* תְשׁוֹקָה, quam vocem recte ἀποστολὴ vertunt i. Sam. VII. 17. & alibi. Non video tamen, quis possit esse sensus, nisi forte dicere voluerint: ora ad virum tuum convertes, ut ab eo necessaria accipias vita subsidia; aut ut ejus imperia expectes, ut oculi servorum dicuntur esse ad heros suos Psal. CXXIII. 2. At nec Hebraica, nec Graeca vocis solitus usus eam significationem admittit, nec scio, an ipsi satis sciverint, quid sibi vellent. Sed injusta, quod pace Viri doctissimi dixerim, haec est censura. Procul dubio ἀποστολὴ Gen III. 16., nostroque loco, atque ἐπιστολὴ Cant. VII. 11, ipsis sunt Synonyma, & utrobique conversionem haec vocabula significant. Nam verbum ἀποστολὴ pro ἐπιστολῇ nonnunquam τοις ἐβδομήνοντα usurpatur. v. gr. Jer. III. 12. ἀποστολὴ πρὸς με. Quin aliis quoque Scriptori-

G

ptori-

ptoribus Græcis ἀποστοφὴν & ἐπιστοφὴν interdum pari ambulare passū; inde patet, quod ἀποστοφὴ EURIPIDI, THUCYDIDI, XENOPHONTI aliisque, omnibus probatae fidei Lexicographis testibus, sit effugium, refugium, ita dictum, quod homines securitatis quærendæ gratia se eo convertant. His positis, non sine summa verosimilitudine concludere licet, LXX Interpretes in voce ἡράκλη sensum cursus, accursus probe perspexisse, eundemque per vocabula ἴσθμιαν ταχεῖα, ἐπιτρέψῃ & ἀποστοφῇ; quorum utrumque conversionem notar, expressisse. Qui enim currit ad alterum, non tantum ora, ut loqvar cum CLERICO, sed & integrum corpus ad eundem convertit. Ad minimum, ἀποστοφὴ sive ἐπιστοφὴ τῶν LXX & noster accursus longe facilius inter se conciliari possunt, quam ἀποστοφὴ & desiderium seu appetitus aliorum.

§. XXIV.

Ad naufragium fere hactenus de phrasi וְאַל יָרֶא תשׁוֹקְתְּךָ deinceps diximus. Jam igitur pedem promoteamus ad verba, quæ in nostro versu agmen claudunt: וְאַתָּה תִּמְשַׁל בָּרוּ Hæc ita reddimus: *Tu ergo dominare illi* (peccato.) Präfixum conclusionem ex præmissis infert, quemadmodum alias saepius, v. gr. Ezech, XVIII. 32. non delector morte morientis &c. וְהַשִּׁיבוּ ERGO avertite vos, ut vivatis, Job. V. 17. Ecce beatus est homo, quem arguit Deus: וּמוֹסֵר תִּמְשַׁל שְׂדֵךְ אֶל ERGO castigationem omnipotentis ne spernas, & Psal. XLV. 12. Quoniam hic (Messias) est Dominus tuus: וְהַשְׁתַּחֲווּ-לוּ id est ergo adora ipsum. Eadem ratione & hoc loco: Accurret tibi peccatum ad instar canis, וְאַתָּה תִּמְשַׁל בָּנוּ Tu ergo dominare illi. Futurum.

תִּמְשַׁל,

humani, qvicquid etiam videatur aliis, ex nostra opinione vim Imperativi habet. Hac in parte vestigiis magni nostri LUTHERI insistimus, reddentis: *Herr-sche über sie.* Ebræos in præceptis tam negativis, qvam affirmativis, sæpiissime futuro loco imperativi uti, norunt omnes, qui primoribus labris hæc gustarunt sacra. Certe qvo minus *רְשָׁוֹת* futuri sensum adscribas, id potissimum obstat, qvod sic prædictioni divinæ non respondisset eventus. Cain enim non dominatus peccato, sed potius à peccato se vinci passus est. Quæcum ita sint, firmiter teneamus, hanc esse imperandi formulam: *Tu ergo dominare illi.* Pergit Numen Sapientissimum in similitudine à cane desumpta, cui hactenus peccatum contulerat. Canem, qvi somnium simulaverat, & ad ostium per tempus quiete cubuerat, quando jam in eo est, ut expergefactus advenienti assultet hospiti, Pater familias fuste coercere, saltem verbis minacibus ei imperare solet, ne ullo modo hospitem laedat: quo ipso se dominum canis Pater familias demonstrat. Eadem ratione hic injungitur Caino, ut se dominum canis peccati ostendat, h. e. ut vi aliqua spirituali coérceat, & abigat nefandum erga fratrem odium ab ostio cordis sui, ne hoc ulterius erumpere & homicidium, quod jam moliebatur, in actum deducere possit. *Tu Ergo* inquit Deus, *dominare illi, dominare cani illi* rabido, qui hactenus occupavit cor tuum, & in eo imperium exercuit. Licet odium illud immane in corde tuo latens, te semper ad fratricidium sollicitet, cave, illi locum des, sed resiste ei, cumque viribus tuis propriis & naturalibus id efficere nequeas, præsta hoc viribus supernaturalibus, à Spiritu S. tibi conferendis, juxta ea, quæ J. seqq. pluribus observabimus. Fallor, aut



aut ex esse nostro Oraculo aureum illud Pauli monitum convenit, quod Rom. VI. 12. legitur: Μὴ δὲ βασιλεύειν ἡ αἰματηρὰ ἐν τῷ θυτῷ, ὑμῶν σῶματι, ἵνα τὸ ὄπισθιαν αὐτῷ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῷ: Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis ei in cupiditatibus ejus.

§. XXV.

Evidem contra hanc explicationem HEIDEG-
GERUS His. Patr. T. I. Exerc. VI. §. XXVII. p. 187. urget: Nunquam Scripturam ita loqui, hominem peccato do-
minari, neminem unquam in peccatum habuisse dominium.
Ne de renati quidem hoc verum esse, cum Paulus de se hoc
negat Rom. VII. 14. Quomodo ergo id afferendum de homine
profano, qualis Cainus? Unde ulterius deducit: Denm non
locutum hic esse de peccato; sed de Abele, & eum Caino tan-
quam fratri majori subiecisse. Verum responde-
mus: 1) Licet illa phrasis expressis verbis in Scriptura
alias non occurrat: homo dominatus peccato, sufficit,
dari phrases æquipollentes ac eodem prorsus sensu
gaudentes in Sacrarum Literarum Pandectis, v. gr,
quod renati carnem suam crucifigant cum affectibus & cupi-
ditatibus Gal. V. 24, quod actiones corporis (carnis pec-
caminoſæ) mortificant Rom. VIII. 13, quod non domine-
tur peccatum ipsis Rom. VI. 14, quod malum vincant
Rom. XII. 21. Quicunq; vero carnem peccaminoſam
crucifigunt & mortificant, qui malum vincunt, qui non do-
minum peccato permittunt, de illis etiam salva fidei ana-
logia, dici potest, ipsos dominum habere in peccatum.
Et certe, nisi regeniti dominum in peccatum exerce-
rent, forent servi peccati: Hæ enim phrases stylo Scri-
pturæ è diametro sibi invicem opponuntur. Regeni-
tos uero nequaquam servi peccari dici posse, prolixè
docet

IHS



docet Paulus Rom. VI. 17. 18. 20. seqq. 2) Distinguendum igitur inter peccatum ex proæresi destinataq; malitia, & inter peccatum ex ignorantia & infirmitate commissum. Dominum habent regeniti in peccata proæretica in tantum, in quantum per gratiam Spiritus S. ab ipsis abstinere possunt & debent, 1. Joh. III. 9. quamvis sub peccatum infirmitatis contra voluntatem suam venundatum se esse, Paulus regenitus fateatur Rom. VII. 14. coll. vers. 18. 3) Quod ad Cainum attinet, non inficias imus, eundem illo temporis articulo, quo Deus ipsum suo dignabatur alloquio, irregenitum & per consequens non dominum, sed servum peccati fuisse, nihiloseius Deus NB. imperare potuit Caino, ut jugum peccari excuteret, & illi dominari inciperet. Futurum enim **לֹא** imperandi sensum habere, § præced: demonstravimus. Probe tamen notandum, ejusmodi locutiones imperativas non supponere in homine facultatem, ex viribus propriis atq; naturalibus id efficiendi, quod præcipiunt; sed potius promittere & largiri vires supernaturales homini, ut per gratiam Spiritus S. id præstare valeat. Sic. e. c. quando Deus homini irregenito acclamat Ephes. IV. 14. **Ἐγεγένοντο** οἱ κα-
δεῖδων, καὶ ἀνάστη ἐν τῷ νεκρῶν. Expergiscere, qui dormis, & surge a mortuis, profecto homo spiritualiter mortuus non potest surgere à peccatis suis viribus propriis, nisi dicere velis, etiam Lazarum defunctum viribus propriis è sepulchro suo surgere potuisse, clamante Christo: **Ἄναγε λέγε εἰς τὸν Λαζαρόν** veni foras Joh. XI. 43. Sed quemadmodum Christus Lazaro mortuo vi hujus imperativi vires è sepulchro egrediendi gratiose conferbat, ita etiam homini in peccatis suis spiritualiter mortuo vires convertendi Deus vi hujus imperativi:


G 3

Sur-



*Surge è mortuis, largiri paratus est, modo non morose
resistat istiusmodi peccator motibus Spiritus S. Eadem
est nostri loci ratio. Deo ad Cainum irregenitum di-
cente: בְּנֵי תָמֶשׁ תַּהֲתָה Tu dominare illi (peccato,) nemo
cogitet, Cainum viribus dominandi peccato naturâ suâ
polluisse. Absit! Sed promittit Deus viis hijus
imperativi vires sufficientes supernaturales, vires Spi-
ritus S., qvarum ope Dominus peccati evadere posset,
licet hactenus mancipium iniquitatis fuisset. Ita, ut
arbitror, constabit, ex præceptis Divinis, in hoc & si-
mili loquendi genere firmiter qvidem debitum nostrum,
minime vero facultatem id præstandi (præsertim è vi-
ribus nativis) colligi posse. Ut adeo noster locus, dex-
tré expositus Semi-Pelagianis, liberum aliquod in spiri-
tualibus arbitrium homini post lapsum vindicantibus,
nequaquam patrocinetur, id qvad post alios è nostris
Theologis, in primis solide ostendit B. SEB. SHMIDIUS
Colleg. Bibl. pr. L. IX. Dicit. I. §. 1. ad quem, ne falcem in
alienam messem immittamus, Lectorem benevolum
jam amandamus. Sicq; vela contrahentes, pro assistentia
benigna illi devota mente immortales decernimus gra-
tes, qvi est Λ, & Ω, qviq; omnia nostrorum
laborum existit initium, ac*

F I N I S.



PER EXIMIO POLITISSIMOQUE
DN. RESPONDENTI,

Domestico suo percharo

S. P. D.

DISPUTATIONIS PRÆSES.

Fratres Phaëtonis & Icari socii non immerito adpellari merentur, qui, scrutinio Fontium Sacrorum susque deque habitu, in Theologiam Theticam, Polemicam, quin Homileticam illotis manibus provolare non erubescunt. Aliam prorsus Tibi, Amice æstumatissime, inesse mentem, abunde haec tenus demonstrasti. Ex quo enim ædes meas incolere cœpisti, tantam in Te, ad studium Lingvarum Sacrarum, Græcæ non minus ac Ebrææ excolendum, animi propensionem animadverti, ut non passibus lentis; sed celeri cursu progredi videreris. Non tantum Lectiōnibus meis publicis sedulus & constans interfuisti auditor; sed & in Collegiis, ut vocantur privatissimis, quotidie ferme latus meum premens, solida Sacrae Philologiæ fundamenta jecisti. Nunc ad altiores Scholas abitum meditans, studiis tuis laudabiliter apud nos gestis Specimine Publico finem imponis, ut illi, quibus rerum tuarum ratio est reddenda, intelligent, non male, quod in Athenæo nostro transegisti, collocatum esse tempus. Quo nomine sicut ὄλοναρδιως tibi gratulor, ita, ut Patria nostra aliquando ex studiis Tuis comoda quamplurima uberrimosq; fructus capiat, Deum precari non desinam. Abi ergo, Amice dilectissime, & redi feliciter meq; quod haec tenus fecisti, amare perge.

Scripsi, Calendis Januarii MDCCXXII.



EN! dum defendis notum feritate Cainum,
Cui dat consilium sanius ipse Deus;
Sanius, ac multi, qveis fœtet sancta loqvela,
Pectore consilium, Fautor amande, foves.
Scilicet exactè lingvas vis nosse sacratas,
Nec ferri illota in pulpita sacra manu.
Gratulor hos ausus, animo qvos volvis honesto,
Dicat eis summus semper Iova bene!
Hæc Gratulabundus deproperabat
GODOFREDUS Thiel, Ged. Opp.

COnscendis Cathedram, Specimen feliciter offers
Egregium Doctis Ingenique TUI.
Gratulor ex animo; Coeptum DEUS ipe secundet,
Ausibus atqve Tuis semper adesse velit.
Cumque brevi TIBI sit patrias mens linquere
MUSAS,
Ito bonis avibus: candida Fata precor!
Paucula hæcce in honorem
Politissimi Dn. Respondentis,
properante apponere
voluit calamō
MATTH. Gottl. Prüdelmeyer, Ged. Opp.

LAtro fuit Fratris germani, latro, Cainus,
Horrescunt cuius secla futura manus.
Judicis hortatus Te, qui nunc excutis, acres,
Laudibus ornabunt secula perpetuis.
CAROL. FRIEDER. Weichmann, Servesta-
Anhalt. Opp.

• (o) •

